



**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris  
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,  
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,  
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,  
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &  
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:  
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia  
illustrata: facundissimis ...

Sive Homiliæ In Dominicas Anni, Et Festa Sanctorum

**Beda <Heiliger>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1688**

Homiliæ Quadragesimales, XXII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72051](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72051)

manet in aeternum. Et quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Quid est ergo quod discipuli toties sibi replicatum Dominice passionis arcanum intelligere nequeunt, & Judaei ad unum verbum & tam obscure positum, ut hoc expositione dignum Evangelista ducat? Hoc autem dicebat, inquit, significans qua morte esset moriturus: mox quia crucis exaltatio significetur, intelligunt, nisi quia discipuli, cujus vita maxime videre desiderabant, ejus mortem audire non poterant. Quem non solum hominem innocentem, sed & Deum verum sciebant, hunc nullatenus mori vel posse putabant. Et quia per parabolam eum saepe loquentem audire consueverant, quoties aliquid de sua passione dicebat, hoc non ita, ut sonabat, intelligendum, sed amore dictante, ad aliud quod allegorice referendum esse credebant. Judaei vero, quia in ejus necem conspiraverant, quicquid de sua passione vel cruce loquebatur, intelligebant. Hoc enim loquebatur, quod ipsi summo perere & fieri optabant, & perficere satagebant: sicque miro & inusitato modo idem subeunda crucis sacramentum, quod fidelibus amor abscondit, infidelibus invidia pandit.

Factum est autem cum appropinquaret Hiericho, caecus quidam sedebat secus viam mendicans: & cum audiret turbam praeteruentem, interrogabat quid hoc esset? Dixerunt autem ei, quod Iesus Nazarenus transiret. Caecus iste per allegoriam genus humanum significat, quod in parente primo a paradisi gaudiis expulsum, claritatem supernae lucis ignorans, damnationis suae tenebras patitur: sed cum Hiericho appropinquare Iesus dicitur, caecus illuminatur, Hiericho quippe interpretatur luna: luna autem in sacro eloquio pro defectu ponitur carnis: quia dum mensuris momentis defecit, defectum nostrae mortalitatis designat. Dum igitur conditor noster appropinquit Hiericho, caecus ad lumen redit: quia dum divinitas defectum nostrae carnis suscipit, humanum genus lumen, quod amiserat, recipit. Qui videlicet caecus recte & juxta viam sedere, & mendicans esse describitur, ipsa enim veritas dicit: Ego sum via. Ergo qui aeternae lucis claritatem nescit, caecus est: sed si jam in Redemptorem credit, juxta viam sedet. Si autem jam credit, sed ut aeternam lucem recipiat rogare dissimulat, atque a precibus cessat, caecus quidem juxta viam sedet, sed minime mendicat: si vero credit & exorat, & juxta viam sedet caecus, & mendicat.

Et clamavit, dicens: Iesu fili David, miserere mei. Et qui praebant, increpabant eum, ut taceret. Ipse vero multo magis clamabat, Fili David, miserere mei. Quid isti designant, qui Iesum venientem praecedunt, nisi desideriorum carnalium turbas, tumultusque vitiorum: qui priusquam Iesus ad cor nostrum veniat, tentationibus suis cogitationem nostram dissipant, & voces cordis in oratione perturbant? Saepem namque dum converti ad Deum post perpetrata vitia volumus, dum contra haec eadem exorare vitia, quae perpetravimus, conamur, occurrit cordi phantasmata peccatorum quae fecimus, mentis nostrae aciem reverberant, confundunt animum, & vocem nostrae deprecationis premunt. Sed quem turba increpat ut taceat, magis ac magis clamat: quia quanto graviori tumultu cogitationum carnalium premimur, tanto orationi insistere ardentius debemus.

Stans autem Iesus, iussit illum adduci ad se. Ecce stat, qui ante transibat: quia cum adhuc turbas phantasmatum in oratione patimur, Iesum aliquatenus transeuntem sentimus. Cum vero orationi vehementer insistimus, stat Iesus & lucem restituit: quia Deus in corde figuratur, & lux anima reparatur.

Et cum appropinquaret, interrogavit illum, dicens: Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine, ut videam. Nunquid qui lumen reddere poterat, quid velle caecus ignorabat? Sed peti vult hoc quod & nos petere, & se concedere praenoscit. Importune namque ad orationem nos admonet, & tamen dicit: Scit namque pater vester quid opus sit vobis, antequam petatis eum. Ad hoc ergo requirit, ut petatur: ad hoc requirit, ut cor ad orationem excitet. Unde & caecus protinus adjungit: Domine ut videam. Ecce caecus a Domino non aurum, sed lucem quaerit, parvipendit extra lucem

aliquid quaerere. Quia etsi caecus habere quodlibet potest, sine luce non potest videre quod habet. Imitemur ergo eum, quem & corpore audivimus & mente salvatum, non fallas divitias, non terrena dona, non fugitivos honores a Domino, sed lucem quaeramus: illam videlicet lucem, quam videre cum solis Angelis possumus, quam nec initium inchoat, nec finis angustat: ad quam profecto lucem via fides est. Unde recte & illuminando caeco protinus subjungitur:

Et Iesus dixit illi: Respice, fides tua te salvam fecit. Et confessum vidit, & sequebatur illum magnificans Deum. Videt & sequitur, qui bonum quod intelligit, operatur: videt autem, sed non sequitur, qui bonum quidem intelligit, sed bona operari contemnit: Iesum enim sequitur, qui imitatur. Hinc namque dicit: Si quis mihi ministrat, me sequatur. Consideremus ergo qua graditur, ut sequi mereamur: sicque fit, ut non solum nostra vita in Deum proficiat, sed haec ipsa nostra conversatio ad laudem Dei & alios accendat. unde illic subditur:

Et omnis plebs ut vidit, dedit laudem Deo. Dedit enim plebs laudem Deo, non solum pro impetrato munere lucis, sed & pro merito fidei impetrantis. Dedit laudem Deo, quia & Iesum vidit misericorditer ac potenter lucem restituisse roganti, & obstinatae fidei clamorem, quae iuste quaesierit, mox consequi posse cognovit. Unde notandum, quia Dominus in carne apparet, omnia quae verbis docuit, exemplis firmavit. Qui enim nobis praecipit: Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in caelis est. & ipse in universis quae cepit facere & docere, non suam ab hominibus, sed patris gloriam quaerebat.

Beda Presbyteri Homiliarum hyemalium finis.

BEDÆ PRESBYTERI  
HOMILIAE QUADRAGESIMALES.  
IN DIE CINERUM.  
Luca 12. Matth. 6.

**T**itulo sancti Evangelii secundum Lucam. In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Facite vobis sacculos qui non veterascunt, thesaurum non deficiente in caelis: quod fur non appropriat, neque tinea corrumpit. Vbi enim thesaurus vester, ibi et cor vestrum erit. Sine lumbi vestri praecincti, & lucernae ardentes in manibus vestris. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE  
EADÉM LECTIÓNE.

**N**on hoc praecipuum esse putandum est ut nil pecuniae reservetur a sanctis, vel suis scilicet, vel pauperum usus suggerenda, cum & ipse Dominus, cui ministrabant Angeli, tamen ad informandam Ecclesiam suam loculos habuisse legatur, & a fidelibus oblata conservans, & suorum necessitatibus aliisque indigentibus tribuens: sed ne Deo propter ista serviat, & ob inopiae timorem iustitia deseratur.

Thesaurum non deficiente in caelis, quod fur non appropriat, neque tinea corrumpit. Sive simpliciter accipiendum, quod pecunia servata deficiat, vel videlicet a ture thesauris erepta, vel in thesauris ipsa sui fragilitate foedata: data autem pro Christo perennem misericordiae fructum conferat in caelis, seu certe ita intelligendum, quod thesaurus boni operis si commodi tibi tibi occasione condatur, facile corruptus intereat: at si caelesti solum tentatione congeratur, non exterius hominum favore, non intus inanis gloria valeat labe maculari. Fur enim de foris rapit, tinea scindit interius: Fur abstulit divitias eorum, de quibus Dominus ait: Receperunt mercedem suam. Tinea corrumpit vestes eorum, quos Psalmista redarguens, ait: Quoniam Deus dispexit ossa hominum sibi placentium. Ossa enim virtutum robur appellat.

Ioan. 14.

Math. 6.

Ioan. 22

Math. 5  
Actu. 1.

Math 6  
Psal. 52.

*Ubi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit.* Hoc non solum de pecunia, sed & de cunctis possessionibus sciendum est. Gulosi Deus venter est; ibi ergo habet cor, ubi & thesaurum. Luxuriosi thesauri epulæ sunt; lascivi, ludicra; amatoris, libido, huic servit unusquisque à quo vincitur.

**FERIA V. POST CINERUM.**  
Luca 7. Matth. 8.

In illo tempore, intravit Iesus Capernaum. Centurionis autem cuiusdam servus. Et reliqua.

Homiliam quare Dominica tertia post Epiphaniæ.

**FERIA VI. POST CINERUM.**  
Luca 6. Matth. 5.

In illo tempore dicit Iesus discipulis suis: Diligite inimicos vestros & benefacite his, qui vos oderunt. Et reliqua.

**BEDÆ PRESBYTERI DE**  
EADÉM LECTIÓNE.

Quia dixerat supra quid ab inimicis pati possint, nunc qualiter ipsi cum eisdem inimicis agere debeant, ostendit. Multi autem putant sufficere virtutibus, non odisse inimicos: ceterum diligere plus præcipi, quam humana natura patiatur, non videntes, quia & Moyses, Samuel & Stephanus pro inimicis orabant, & mortuos David plangit inimicos. Neque enim Dominus impossibilia, sed perfecta jubet: Non deficientes ergo dum tempus est, operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei.

Exod. 17  
1. Reg. 12  
Actu. 7  
2. Reg. 1  
Galat. 6

1. Cor. 4

Psal. 68

1. Ioan. 5

Matth. 5  
Luc. 6

Luc. 23

Actu. 7

2. Tim. 4

Benedicite male dicentibus vobis, orate pro calumniantibus vobis. Et hæc se, sui que similes egisse testatur Apostolus qui ait: Maledicimur, & benedicimus; blasphemamur, & obsecramus. Sed hic meritò movet, quomodo huic præcepto Domini non sit adversum, quòd & in prophetis inveniuntur multæ imprecationes adversus inimicos, quæ maledictiones putantur, sicuti est illud: *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & cætera quæ ibi dicuntur.* Et Joannes Apostolus ait: *Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, peret, & dabitur vivit peccanti non ad mortem.* Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut roget quis. Ubi primò videndum, quia propheta per imprecationem quid esset futurum, cecinerunt, non optantis voto, sed spiritu prævidentis: qui maximè solent figura imprecantis futura prædicere, sicut figura præteriti temporis, ea quæ ventura erant, cecinerunt: deinde in Apostoli verbis intelligendum esse quosdam fratres, pro quibus orare nobis præcipitur, cum Dominus etiam pro persecutoribus nostris orare nos jubet. Quæ solvi questio non potest, nisi fateamur esse aliqua peccata in fratribus inimicorum persecutione graviora. Fratres autem Christianos significari, multis divinarum Scripturarum documentis probari potest. Peccatum ergo, fratres, ad mortem putò esse, cum post agnitionem Dei, per gratiam Domini nostri Jesu Christi quisque oppugnat fraternitatem, & adversus ipsam gratiam qua reconciliatus est Deo, invidentiæ facibus agitatur. Peccatum autem non ad mortem est, si quisquam non amorem à fratre non alienaverit, sed officia fraternitatis debita per aliquam infirmitatem animi non exhibuerit. Quapropter & Dominus in cruce ait: *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* Nondum enim gratiæ Spiritus sancti participes facti, societatem sanctæ fraternitatis inierant. Et B. Stephanus orat pro eis, à quibus lapidatur: quia nondum Christo crediderant, neque adversus illam communem gratiam dimicabant. Et Apostolus Paulus præterea credo, non orat pro Alexandro, quia jam frater erat, & ad mortem, id est, invidentiam, fraternitatem oppugnando peccaverat. Pro his autem qui non abruerant amorem, sed timore succubuerant, orat ut eis ignoscatur. Sic enim dicit: *Alexander operatus multa mala mihi offendit, reddet illi Dominus secundum*

opera illius, quem & tu evita. Valde enim resistit nostris sermonibus. Deinde subjungit pro quibus orat, ita dicens: *In prima mea defensione nemo mihi adversus, sed omnes me dereliquerunt, non illis impudetur.* Ista differentia peccatorum Judam tradentem à Petro negante distinguit.

*Si quis te percussit in maxillam, præbe & alteram.* Non ait, Eum quite percussit, noli tu percurre, quanquam hoc etiam magnum præceptum sit, sed ait: *Para te adhuc percurre.* Quod ad misericordiam pertinere hi maximè sentiunt, qui eis quos multum diligunt, tanquam filiis, vel quibuslibet dilectissimis suis ægotantibus serviunt, vel parvulis, vel phreneticis, à quibus multa sæpe patiuntur: etsi eorum salus id exigat, præbent se etiam ut plura patiantur, donec vel ætatis, vel morbi infirmitas transeat. Quos ergo Dominus medicus animarum curandis proximis instruebat, quid eos aliud docere posset, nisi ut eorum, quorum saluti consulere vellent, imbecillitates æquo animo tolerarent? Omnis namque improbitas ex imbecillitate animi venit: quia nihil innoxentius est eo, qui in virtute perfectus est. Multi autem alteram maxillam præbere noverunt, diligere verò illum à quo feriuntur, ignorant. At verò ipse Dominus, qui utique præcepta quæ docuit, primus implevit, percussit se in maxillam ministro sacerdotis non præbuit alteram, sed in super dixit: *Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cadu? Non tamè idèo paratus corde non fuit, non solum in alteram maxillam cædi pro salute omnium, sed etiam toto corpore crucifigi.*

Matth. 5

Ioan. 18

*Et ab eo qui auferit tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere.* Quod de vestimento & tunica dictum est, non in eis solis, sed in omnibus faciendum est, quia aliquo jure temporaliter nostra esse dicimus. Si enim hoc de necessariis imperatum est, quanto magis superflua contemnere convenit?

*Omni autem petenti te, tribue.* Omni petenti, inquit, non omnia petenti: ut id des, quod dare honestè & justè potes. Quid si enim pecuniam petat, qua innocentem conetur opprimere? Quid si postremo stuprum petat? Sed ne multa persequar, quæ sunt innumerabilia, id profectò dandum est, quod nec tibi nec alteri noceat, quantum sciri aut credi ab homine potest. Et cui justè negaveris quod petit, judicanda est ipsa justitia, ut non eam inanem dimittas. Ita omni petenti te tribues, quamvis non semper id quod petit tribues. Et aliquando melius aliquid tribues, cum petentem in iusta correxeris.

*Et qui auferit qua tua sunt, ne repetas.* De veste, domo, fundo, jumento, & generaliter omni pecunia dicit. Utrum autem & de servis accipiendum sit, magna questio est: non enim Christianum oportet sic possidere servum, quomodo equum aut argentum. Quanquam fieri possit, ut major pretio valeat equus quam servus, & multò magis aliquid aureum vel argenteum. Sed ille servus si rectus & honestus, & ad Deum colendum accommodatus abs te domo educatur aut regitur, quam ab illo potest, qui eum cupit auferre, nescio utrum quisquam dicere audeat, ut vestimentum eum debere contemni. Hominem namque homo tanquam seipsum diligere debet, cui ab omnium Domino etiam ut inimicos diligat, imperatur.

*Et prout vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis similiter.* Quia charitas patiens est, benigna est, non tantum injurias inimici fortissimè suffert, sed amici quoque gratiam benignissimè prævenit. Nam redamare amantem, eunctos natura docuit: non amantem verò beneficiis ad amorem cogere, Christi solum doctrina perfectos instruit: qui cum nos priores prout nobis fieri velimus, aliis facere juberet, eundem mox sensum latius assequendo firmavit, dicens:

*Et si diligitis eos qui vos diligunt, quæ vobis est gratia? Nam & peccatores diligentes se diligunt, &c.* Si etiam peccatores, publicani & ethnici, erga dilectores suos natura duce norunt esse beneficii, quantum vos, inquit, quibus ut gradus professionis eximior, ita cura necesse est sit virtutis uberior, latioris sinu dilectionis amplecti debetis etiam non amantes? Unde questio dignum videtur, quomodo cum Dominus eos qui diligentes se solum diligunt, benefaci-

Matth. 5

Ioan. 18

1. Cor. 13

Luc. 6

Tob. 4

Matth. 7

Ibid. 6

tibus sibi beneficia, amicis fecerantur, non modo perfectam non habere charitatem, verum peccatoribus aequi parari testetur, ille peccatoris Dominici recubitor epistolam de Dei & proximi dilectione consummans, non usquam inimicos monuit esse diligendos, sed absolute dixerit: *Quasi diligamus invicem, Deus in nobis manet, & charitas Dei in nobis perfecta est.* Quod si quem monet, sciat eum non de inimicorum amore tacuisse, sed & illos fratrum nomine comprehendisse, fratremque amoris intuitu diligi, & pro eis precepisse orari: scilicet ut non semper inimici remaneant, sed respiciant a diaboli laqueis, nobisque germano federe socientur. Nec durum videatur, quod nondum credentes, propter spem tamen credendi fratres appellari posse dicimus. Nam idem Joannes eos etiam filios Dei vocitare legitur: *Quia Iesus, inquit, moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed ut filios Dei qui erant dispersi, congregaret in unum.* Quamdiu enim dispersi, nondum filii sunt Dei, sed conveniendo in unum, jam efficiuntur filii.

## SABBATO POST CINERUM:

Marci 6. Matth. 14.

In illo tempore, cum sero esset factum, erat navis in medio maris, & Iesus solus in terra. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE  
EADÉM LECTIÓNE.

Abor discipulorum in remigando, & contrarius eis ventus, labores sanctæ Ecclesiæ varios designat, quæ inter undas seculi adversantis, & immundorum flatus spirituum ad quietem patriæ cœlestis quasi ad fidam littoris stationem pervenire conatur. Ubi benè dicitur: *Quia navis erat in medio mari, & ipse solus in terra:* quia nonnquam Ecclesia tantis gentium pressuris non solum afflicta, sed & sedata est, ut si fieri posset, Redemptor ipsius eam profusus deseruisse ad tempus videretur. Unde est illa uxor ejus: Inter undas procellasque tentationum vertentium deprehensæ, atque auxilium protectionis illius gemebundum clamore querentis: *Ut quid Domine recessisti longe? Despicis in opportunitatibus in tribulatione? Quæ pariter vocem inimici persequentis exponit, in sequentibus Psalmi subjiçiens: Dixit enim in corde suo, Oblitus est Deus, avertit faciem suam ne videat usque in finem.* Verum ille non obliviscitur orationem pauperum, neque avertit faciem suam a sperantibus in se: quin potius & certantes cum hostibus ut vincant adjuvat, & victores in æternum coronat. Unde hic quoque aperte dicitur: *Quia vidit eos laborantes in remigando.* Videt quippe Dominus laborantes in mari, quamvis ipse positus in terra: quia etsi ad horam differre videatur auxilium tribulatis impendere, nihilominus eos ne in tribulationibus deficiant, suæ respectu pietatis corroborat, & aliquando etiam manifesto adjuvatio victis adversitatibus, quasi calcatis sedatisque fluctuum voluminibus liberat, sicut hic quoque subsequenter insinuat, cum dicitur:

Et circa quartam vigiliam noctis venit ad eos, ambulans super mare. Stationes & vigilia militares in terna horarum spatia dividuntur. Quando ergo dicit, quarta vigilia noctis venisse ad eos Dominum, ostendit tota nocte periclitatos, & extremo noctis tempore eis auxilium prabitum. Laborabant ergo toto noctis opacæ tempore, sed diluculo appropinquante, & lucifero solis dieique exortum promittente, venit Dominus, & superambulans tumida freti terga comprimit: quia cum pressuris obsita fragilitas humana, pubilitatem virium suarum considerat, nihil erga se aliud, quam tenebas angustiarum, & æstus cernit hostium consigentium. Cum verò mentem ad superni lumen præsidii, & perpetuæ dona retributionis exerit, quasi inter umbras noctis repente ortum luciferi conspiciat, qui diem proximum nunciet. Lucifer namque cum plurimum tres horas noctis, id est, totam vigiliam matutinam, illuminare perhibetur. Aderitque Dominus qui sopitis tentationum periculis, plenam liberatis fiduciam

suæ protectionis attribuat. Sequitur:

*Et volebat præterire eos. At illi ut viderunt eum super mare ambulantem, putaverunt phantasma esse, & exclamaverunt. Omnes enim eum viderunt, & conturbati sunt.* Adhuc hæretici putant phantasma fuisse Dominum, nec veram assumptis carnem de virgine. Denique Theodorus Pharanitanus quondam Episcopus, ita scripsit, *corporale pondus non habuisse secundum carnem Dominum, sed absque pondere & corpore super mare deambulasse.* At contra fides Catholica, & pondus secundum carnem habere eum prædicat, & onus corporeum, & cum pondere atque onere corporali incedere super aquas non infusus pedibus. Nam Dionysius egregius inter Ecclesiasticos scriptores, in opusculis de divinis nominibus hoc modo loquitur: *Ignoramus enim qualiter de virginis sanguinibus alia lege præter naturæ alieni formabatur, & qualiter non infusus pedibus corporeale pondus habentibus, & materiale onus deambulabat in humidam & instabilem substantiam.* Quomodo autem volebat Dominus eos præterire tanquam alienos, ad quos de periculo naufragij liberandos advenerat, nisi ut ad horam turbati & paventes, sed continuo liberati, amplius ereptionis suæ miraculum stuperent, ac majores ereptori suo gratias referrent? Quia & in tempestatibus passionum, quæ pro constantia fidei à perfidis ingeruntur, talis nonnunquam provisio divinitus ostenditur. Sapè enim ita fideles in tribulatione positos superna pietas deseruisse visæ est, ut quasi laborantes in mari discipulos præterire Iesus voluisse putaretur. Unde est & illud in Palmista Ecclesiæ, in martyrij certamine desudantis: *Quare mei oblitus es? Quare me repulisti? & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus? Dum confringuntur omnia ossa mea, & cetera.* Sed dicunt inimici terrentes, *Ubi est Deus eorum?* quasi naufragium fessis imitantibus Apostolis. Dicit ipse Deus eorum: *Cum transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te: cum ambulaveris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te.* Unde hic quoque rectè subjungitur:

*Et statim locutus est cum eis, & dixit illis: Confidite, ego sum, nolite timere.* Et ascendit ad illos in navim, & cessavit ventus. Prima trepidantium & periclitantium subventio est, incussum cordibus expellere timorem: secunda, tempestatum furias suæ præsentis virtute compescere. Nec mirandum si ascendente in naviculam Domino ventus cessavit. In quocunque enim corde Deus per gratiam sui adest amoris, mox univerla victorum & adversantis mundi sive spirituum malignorum bella compressa quiescunt.

Et plus magis intra se stupebant, non enim intellexerant de panibus, et enim cor illorum obsecratum. Dominus quidem & in miraculo panum, quod esset conditor rerum, ostendit: & in ambulando super undas, quod haberet corpus ab omni peccatorum gravedine liberum, edocuit: & in placando ventos, undarumque rabiem sedando, quod elementis dominaretur, monstravit: sed carnales adhuc discipuli necdum hunc Deum esse cognoscunt. Et quidem virtutum magnitudinem stupebant, necdum tamen in eo veritatem divinæ majestatis cognoscere valebant.

Cumque egressi essent de navis, continuo cognoverunt eum: & percurrentes universam regionem illam, ceperunt in grabatis eos, qui se male habebant, circumferre, ubi audiebant eum esse. Cognoverunt eum rumore, non facie, vel certè pro signorū magnitudine, quæ patrabat in populis, etiam plurimis vultu notus erat. Et vide quanta fides sit hominum terræ Geneareth, ut non præsentium tantum salute contenti sint, sed mittant alias per circuitum civitates, quo omnes currant ad medicum.

Et quocunque introbat in vicus, vel in villas, aut in civitates, in plateis ponebant infirmos: & decubantur eum, ut vel fimbriam vestimenti ejus tangerent: & quotquot tangebant eum, salviferebant. Qui mali se habent, non tangerent corpus Jesu, neque totum vestimentum ejus, sed extremam fimbriam: & quicunque tetigerint, sanabuntur. Fimbriam vestimenti ejus, minimum mandatum intellige: quod qui transfessus fuerit, minimum vocabitur in regno cœlorum: vel assumptionem carnis, per quam venimus ad verbum Dei, & illius postea fruimur majestate.

DOMINICA PRIMA IN QUADRAGESIMA.  
Lucæ 4. Matthæi 4. Marci 1.

In illo tempore, regressus Iesus à Iordane, & agebatur in spiritu in deserto. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI  
DE EADEM LECTIONE.

Iesus autem plenus spiritu sancto egressus est ab Iordane, & agebatur in spiritu in deserto quadraginta, & tentabatur a diabolo. Hæc baptizato Domino confestim facta, Matthæus Marculqu designant. Quorum unus descripto ejus baptizate, mox ita subjunxit: Tunc Iesus ductus est in desertum spiritu, ut tentaretur à diabolo. Alter ita: Et statim spiritus expulit eum in desertum, & erat ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & tentabatur à satana. Verum ne cui veniret in dubium, à quo eum spiritu ductum sive expulsum dicerent in desertum, consulit Lucas primò posuit, quia Iesus plenus spiritu sancto regressus est ab Iordane: ac deinde intulit, Agebatur in spiritu in deserto: ne quid contra eum valuisse spiritus putaretur immundus, qui plenus spiritu sancto quò volebat gradiendo, quæque volebat, agebat. Nam & infra ubi manifeste à diabolo assumptus sive statutus videlicet in baptizate necessitatem putat, arguitur. Non ergo virtute spiritus mali Iesus agitur in desertum, sed voluntate sui spiritus boni loci certaminis, quo adversarium sternat, de victoria certus ingreditur. Ubi nobis pariter ordinem recte conversandi præmonstrat, ut post acceptam videlicet in baptizate remissionem peccatorum, Spiritusque sancti gratiam, arctius contra novas antiqui hostis insidias accingi, mente seculum deserere, & quasi manna deserti sola æternæ vite gaudia discamus esurire.

Et nihil manducavit in illis diebus: & consummatis illis esurivit. Quadragesima jejuniorum habet auctoritatem, & in veteribus libris ex jejunio Moyse & Helix, & ex Evangelio, quia totidem diebus Dominus jejunavit, demonstrans Evangelium non dissentire à lege & Prophetis. In persona quippe Moyse lex, in persona Helix Prophetæ accipiuntur: inter quos in monte gloriosus apparuit, ut evidentiùs eminere quod de illo dicat Apostolus: Testamentum habens à lege & Prophetis. In qua autem parte anni congruentius observatio Quadragimæ constitueretur, nisi confinis atque contigua laboriosa, cui opus est continentia, ut ab ipsius mundi amicitia jejunetur. Aliter, Jejunavit Dominus cum tentaretur ante mortem, cibo adhuc indigens. Manducavit autem & bibit cum glorificaretur post resurrectionem, jam cibo non indigens. Hic enim ostendebat in se laborem nostrum, illic autem in nobis suam consolationem, quadragenis diebus utrumque definiens. Quo numero quadragesima hujus seculi significare videtur excursus in his, qui vocantur per gratiam ad eum, qui non venit legem solvere, sed adimplere.

Decem namque præcepta sunt legis jam gratia Christi diffusa per mundum, & quadrupartitus est mundus, & decem quadruplicata quadraginta faciunt. Quoniam qui redempti sunt à Domino, de regionibus congregavit eos, ab oriente & occidente, & aquilone & mari. Jejunans itaque quadraginta diebus ante mortem carnis velut clamabit: Abstineret vos à desiderii hujus seculi. Manducans autem & bibens quadraginta diebus post resurrectionem carnis velut clamabat: Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi. Jejunium quippe est in tribulatione certaminis, quoniam qui in agone est, ab omnibus abstinens est: cibus autem in spe pacis, quæ perfecta non erit, nisi cum corpus nostrum, cujus expectamus redemptionem, induerit immortalitatem, quod nondum adipiscendo gloriamur, sed sperando jam percipimus. Utrumque Apostolus simul nos agere ostendit, dicens: Spe gaudentes, in tribulatione patientes. Tanquam illud esset in cibo, hoc in jejunio. Simul

enim cum viam Domini carpinus, & à vanitate præsentis seculi jejunamus, & futuri promissione reficimur, hic non apponentes cor, illic pascentes sursum cor. Quòd autem Dominus consummatis jejunii diebus esurivit, cum de Moyse vel Helia jejunantibus nihil tale sit scriptum, idè factum est, ne ab eo tentando pavens hostis aufereret, quem cum tot signis celestibus præconatum, tum etiam viris excellentissimis in abstinendo videret æquatam. Esurivit enim humilis Deus homo, ne inimico innotescat sublimis homo Deus.

Dixit autem illi diabolus: Si filius Dei es, dic lapidi huic ut panis fiat. Antiquus hostis Redemptorem humani generis, debellatorem suum, in mundum venisse cognovit. Unde & per oblectum hominem dixit: Quid nobis & tibi fili Dei? Venisti huic ante tempus torquere nos? Qui tamen prius cum hunc passibilem cerneret, cum posse mortalia perpeti humanitatis videret, omne quòd de ejus divinitate suspicatus est, ne ab eo tentando pavens hostis aufereret, nihil quippe nisi superbum sapiens, dum esse hunc humilem conspexit, Deum esse dubitavit: unde ad tentationum se argumenta convertit, sed non sicut nos, qui puri homines sumus, irruente sæpe tentatione concutimur, ita Redemptoris nostri anima tentationis est necessitate turbata. Hostis namque nos terit in excelsum montem eum permittit assumptis, si daturum se regna mundi perhibuit, si quasi in patrem vertendos lapides ostendit, mentem tamen Mediatoris Dei & hominum tentione qualare non valuit. Sic enim dignatus est hæc exterius cuncta suscipere, ut tamen ejus mens interius divinitati suæ in hærens inconcussa permaneret. Qui & si quando turbatus spiritu infremuit dicitur, ipse divinitus disponebat, quantum ipse humanitus turbaretur.

Et respondit ad illum Iesus: Scriptum est, quia non in pane solo vivit homo, sed in omni verbo Dei. Ideo sic respondit Dominus, quia propositum ei erat humilitate diabolum vincere, non potentia. Simulque animadvertendum, quòd nisi jejunare cepisset Dominus, tentandi occasio non fuisset diabolo, secundum illud: Fili accedens ad servitium Dei, prepara animam tuam ad tentationem. Sed & ipsa responsio Salvatoris hominem fuisse indicat, qui tentatus est: Non in pane solo vivit homo, sed in omni verbo Dei. Si quis ergo non vultur verbo Dei, ille non vivit, aliter, Hostis nos terit adhuc in hac vita nos positos, quanto magis nos sibi rebellare conspexit, tanto amplius expugnare contendit: eos enim pulvere negligit, quos quieto jure possidere se sentit. Contra nos vero eo vehementius incitatur, quo ex corde nostro quasi ex jure propriæ habitationis expellitur. Hoc enim in seipso Dominus sub quadam dispensatione figuravit, qui diabolum non nisi post baptizata se tentare permittit, ut signum nobis quoddam futura conversationis innueret, quòd membra ejus postquam ad Deum proficerent, tunc actiores tentationum insidias tolerarent.

Et duxit illum diabolus, & ostendit illi omnia regna orbis terræ, in momento temporis. Cum ductus à diabolo Deus homo narratur, mens refugit, humana hoc audire aures expavescent: cui tamen non esse incredibilia ista cognoscimus, si in illo & alia facta pensamus. Certè iniquorum omnium diabolus caput est, & hujus capitis membra sunt omnes iniqui. Quid ergo mirum si se permittit ab illo in montem duci, qui se pertulit etiam à membris illius crucifigi? Non est ergo indignum Redemptori nostro, quòd tentari voluit, qui venerat occidi. Justum quippe erat, ut sic tentationes nostras suis tentationibus vinceret, sicut mortem nostram venerat sua morte superare. Bene autem in momento temporis secularia & temporalia monstrantur. Non enim tam conspectus celeritas indicatur, quam caducæ fragilitas potestatis exprimitur. In momento enim cuncta illa prætereunt, & sæpe honor seculi abiit antequam venerit. Quid enim seculi potest esse diuturnum, cum ipsa diuturna non sint secula?

Et ait ei: Tibi dabo potestatem hanc universam, & gloriam illorum quia michi tradita sunt, & cui volo do illa: tu ergo proci-dens si adoraveris coram me, erunt tua omnia. Arrogans & superbus etiam hoc de jactantia loquitur, non quòd in toto

Matth. 4.  
Marc. 1.  
Exod. 34.  
2 Reg. 19.  
Actu. 28.  
Matth. 5.  
Ps. 106.  
1. Petr. 2.  
Matt. 28.  
1 Cor. 9.  
Rom. 12.

Matth. 8.  
Joan. 11.  
Deut. 8.  
Eccles. 2.  
Marc. 1.  
Matth. 4.  
Luc. 3.

mundo habeat potestatem, ut possit omnia regna dare diabolo, cum sciamus per hoc sanctos viros a Deo reges factos, si, inquit, *procedens adoraveris coram me.* Ergo qui adoraturus est diabolum, ante corruit.

*Et respondens Iesus dixit illi: Scriptum est, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies.* Dicens diabolus Salvatore: *Si procedens adoraveris me,* & contrario audit, quod ipse magis adorare eum debeat Dominum & Deum suum. Querit forte aliquis quomodo conveniat quod hic precipitur Domino soli serviendum. Apostoli verbo, qui dicit, *Sed per charitatem servite invicem.* Sed huic facile Græcæ linguæ, ex qua Scriptura translata est, origo satisfacit, in qua servitus duobus modis ac diversa significatione solet appellari. Dicitur enim *λατρεία*, dicitur & *δουλεία*. Sed dulia intelligitur servitus communis: hoc est, sive Deo sive homini, sive cuilibet rerum natura exhibitæ: qua etiam servus, id est *δούλος*, Græcè nomen accipit: Latra autem vocatur servitus illa, quæ soli divinitatis cultui debita, neque ulli est participanda creaturæ. Unde & idololatram nuncupantur hi, qui vota, preces & sacrificia, quæ uni Deo debuerant, idolis impendunt. Jubemur ergo per charitatem servite invicem, quod est Græcè *ἀγαπᾶν*: jubemur uni Deo servite, quod est Græcè *λατρεύειν*. Unde dicitur: *Et illi soli servies, quod est Græcè λατρεύεις.* Et iterum: *Nos enim fumus circumcisio, Spiritui Dei servientes: quod est in Græco λατρεύομεν.*

*Et duxit illum in Hierusalem, & statuit eum super pinnam templi.* Ut quem gula vel avaritia superare non poterat, tentet & vana gloria, si forte illum vel ipsa victoria suæ jactantia dejicere queat.

*Et dixit illi: Si filius Dei es, mitte te hinc deorsum.* In omnibus tentationibus hoc agit diabolus, ut intelligat si filius Dei sit: sed Dominus sic responsum temperat, ut eum relinquat ambiguum. *Mitte te deorsum.* Vox diaboli qua semper omnes deorum cadere desiderat. *Mitte te,* inquit: *perfidere potest, precipitare non potest.*

*Scriptum est enim, quod angelus suis mandavit de te ut conservet te: & quia in manibus volent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.* Hoc in nonagesimo Psalmo legimus. Verum ibi non de Christo, sed viro sancto propheta est. Male ergo interpretatur Scripturas diabolus. Certè si verè de Salvatore scriptum noverat, debuerat illud dicere, quod in eodem Psalmo contra se sequitur: *Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.* De angelorum auxilio quasi ad infimum loquitur, de sui conculatione quasi tergiversator tacet.

*Et respondens Iesus, ait illi: Dicitur est, Non tentabis Dominum Deum tuum.* Falsas de Scripturis diaboli sagittas, veris scripturarum frangit clypeis. Et notandum quod necessaria testimonia de Deuteronomio tantum protulerit, ut secundæ legis sacramenta monstraret. *Non tentabis,* inquit, *Dominum Deum tuum.* Suggestebatur enim tanquam homini, ut signo aliquo exploraret ipse quantus esset, id est, quàm multum apud Deum posset, quod vitiosè fit cum fit. Pertinet namque ad sanam doctrinam, quando habet quod faciat homo, non tentare Dominum Deum suum. Neque enim & ipse Salvator non poterat tueri discipulos suos, quibus tamen ait: *Si vos persequuti fuerim in una civitate, fugite in aliam.* Cuius rei prior exemplum præbuit: Nam cum potestatem haberet ponendi animam suam, nec eam poneret nisi cum vellet, in Aegyptum tamen infans portantibus parentibus fugit. Et ad diem festum non evidenter, sed latenter ascendit, cum aliàs palam loqueretur Judæis irascens, & de inimicissimo animo audientibus, nec tamen valentibus in eum mittere manus, quia nondum venerat hora ejus. Quia ergo palam docendo & arguendo, & tamen inimicorum rabiem valere in se aliquid non sinendo Dei demonstrabat potestatem, idem tamen fugiendo & latendo hominis instruebat infirmitatem: ne Deum tentare audeat quando habet quod faciat, ut quod cavere oportet, evadat.

*Et consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo usque ad tempus.* Vides ipsi diabolus non esse in studio perinacem, cedere verè solere virtuti. Et si invidere non de-

finat, tamen instare formidat: quia frequenter refugit triumphari. Audito itaque Dei nomine, recessit, inquit, usque ad tempus. Postea enim non tentaturus, sed aperte pugnaturus advenit. Quamvis sapè antiquus hostis postquam menti nostræ tentationum certamen inflixerit, ab ipso suo certamine ad tempus recedit: non ut illata malitia finem præbeat, sed ut corda quæ per quietem secura reddiderit, repente rediens facilius inopinatus irumpat. Notandum autem, quod tribus solum tentatoris fraudibus expositis, omnem tentationem dicit esse consummatam: quia videlicet his omnium vitiarum origines amplectuntur & fontes Ioanne attestante, qui ait: *Quia omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.* Et in Evangelica parabola tribus solum reprobi negotijs ab æternæ vitæ dapibus excluduntur. Primus, inquit, dixit: *Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam.* Et alter dixit: *Iuga bovum emi quinque, & eo probare illa.* Et alius dixit: *Vxorem duxi, idèd non possum venire.* Vxoris quippe appetitus sicut & gula ad concupiscentiam carnis pertinet. Villæ emptio quæ avaritia non caret, ad superbiam vitæ respicit. Probatio quinque iugerum, id est, corporaliū rerum curiositas, quæ est vana gloria, ad concupiscentiam refertur oculorum. Nam per oculos maxime curiositas prævalet. Et his quidem Dominus quasi fortior facie ad faciem tentatur: nos verò cum & ipsi percepto baptismate gratia Spiritus, eremum virtutum adimus, cum ieiunium Quadragesimale suscipimus, id est, ab illecebris secularibus toto vitæ nostræ tempore continere disponimus, vel tacitis appetimur insidijs, vel aliquando etiam proximi ore pulsamur. Qui eam blandiens dicit: *Homo fortis es, manduca & bibe, & similis mane.* videndum est ne nobis serpentis antiqui nescius venena propinet, dicendumque: *Non in pane solo vivit homo, sed in omni verbo Dei.* Verum multi concupiscentia carnis devicta, mox avaritia pulsantur, & aliquoties etiam superantur, ad eum pro oblatris muneribus diabolus adorare non metuant. Quorum ubi plurimi continentiam laudant, maiores etiam personæ honorant, dona tribuunt, fit ut voluptatum victores philargyria vincantur: & crescente per temptus insania, divites quoque, quos per aperta facinora demone plenos agnoscunt, non modo non execrantur & arguant, sed & flexa cervice adorent & suspiciant. Unde dicit Apostolus: *avaritiam esse simulachrorum servitutem.* Qui si & hanc Salvatoris exemplo triumphavit, Dominum videlicet Deum suum adorando, & pro æternis gaudijs illi soli serviendo: aderit & tertia vana gloria vestis, quæ vitiarum præcedentium victores de suis viribus extollat, ut quasi in virtutum culmine positos ulterius se jam cadere non posse præsumat. Et hoc plane curiosis oculis Deum tentare est, de suis quempiam meritis gloriarî: contra hoc quod fidem discipulis augens, ait: *Cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite: Servi inutiles sumus, quæ debuimus facere, fecimus.* Qui eum alibi præciperet, ne iustitiam nostram coram hominibus faciamus, in eiusdem definitione ieiunium tantum, eleemosynam atque orationem subiunxit: triplici scilicet hostis telo totidem arma defensionis opponens, ut jejuniū concupiscentia carnis, eleemosynis avaritia, precibus jactantia pellatur meritum.

PERIA TERTIA POST INVOCAVIT. Matthæi 21.

*In illo tempore, cum intrasset Iesus Hierosolymam, commota est universitas.* Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE EADEM LECTIÖNE.

**D**OMINUS & Deus, auctor & reparator humani generis Christus, ante mundi constitutionem præelegerat cum Patre, & quædo, & tibi pateretur pro salute hominum. Impleta ergo huius temporis plenitudine, instantè jam passione, appropinquare voluit loco passionis, ubi inveniri posset ab his, per quos eadem passio erat celebrâ-

Deut. 6. & 10.

Galat. 5.

Philip. 3.

Psal. 90.

Deut. 6.

Matth. 10. Ioan. 10.

Matth. 2. Ioan. 7.

Ibidem.

Luc. 14.

Deut. 8.

Colos. 3.

Luc. 17.

Matth. 6.



227

da, ne quali refugiens mortem affirmaretur. Non enim metuebat mortem, sed potestate imperabat morti. Ait ergo Evangelista:

*Quia cum intrasset Iesus Hierosolimam, commota est universa civitas, dicens: Quis est hic? Ad ingressum Salvatoris commota est civitas, admirata est populi frequentia, ignorans Domini intrantis virtutem atque potentiam. Simile quid & in ejus ascensione de angelis legimus, qui dum triumphali pompa ascendente cernerent, & carnem jam glorificatam ad caelos vehementer, admirantes dicebant: Quis est iste rex gloriae? Notandum verò quòd ante sex Paschæ, sicut alius Evangelista dicit, venit Dominus Bethaniam, ubi Lazarum suscitaverat, atque in crastinum abino sedens, turbis divinas laudes acclamantibus Hierosolimam ingressus est, quod olim in Paschali agno mysticè fuit præsignatum. Scriptum namque est in lege: Decima die mensis primi tollat unusquisque agrum per familias & domos suas, & servabit eum usque ad quartum decimum diem mensis huius, immolabitque eum omni multitudine filiorum Israël usque ad vesperam. Ergo sciendum hanc de Paschali agno prophetiam, Dominus Iesus decima die primi: hoc est, ante quinque dies Paschæ, civitatem Hierosolimam ingressus, conjunctante adversus se seniorum principumque concilio, præstolabatur horam qua pro mundi salute Deo patri se in odorem suavitatis hostiam offerret.*

Exod. 12

*Populi autem dicebant: Hic est Iesus Nazareth propheta.] Superbis Judæis quisnam esset, qui cum tanta gloria civitatem intrabat, interrogantibus, simplex turba quod noveras, ferebatur. Hic est, inquit, Iesus propheta. Prophetam appellabant, quia errabant, & quid dicerent, ignorabant. Nesciebant enim eum Deum aut Dei filium appellare, sed error eorum perfecta scientia plenus erat. Nam Moyses de eo dixerat: Prophetam vobis suscitabit Dominus de fratribus vestris, illum audietis tanquam me. Et ipse de se loquitur: Non capio perire prophetam extra Hierusalem. Ita verò accipiendus est propheta, ut sit Dominus prophetarum, sicut est rex regum, & Dominus dominantium.*

Luc. 13

*Et intravit Iesus in templum.] Quòd Dominus in civitatem ingressus, primò templum adiit, formam religiosæ conversationis, quam sequi debeamus, ostendit. Cum enim oppidum vel castellum, sive aliquem locum, ubi domus orationis Deo sit consecrata, ingredimur, prius ad illum festinare debemus: & postquam nos per orationis studia Deo commendaverimus, sic demum ad ea, quæ necessitas fragilis vitæ exigit, peragenda negotia potius accedamus.*

*Et cepit eis vendere in illo & ementes, & mensas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas evertere.] Inter omnia miracula, quæ Dñs in mundo corporaliter gessit, hoc præcellentissimum & maximum est. Plus enim fuit [ut dicit B. Hieronymus] hoc, quòd unus homo inemis multa nulla armatorum de templo ejecit, quàm quòd Lazarum quatruiduanū à mortuis suscitavit. Fulgor enim divinitatis resplendebat in aspectu humanitatis, atque ideò videntes insolitam claritatē in facie hominis radiantem, intuentes terga cadenti dabant, & resistere non audebant.*

*Et dicit eis, Scriptum est: Domus mea, domus orationis vocabitur. Vos autem fecistis illam speluncam latronum.] Domus illa Dei ad hoc à Salomone primū, & postea Jesu sacerdote & Zorobabel constructa fuerat, non quòd Deus in manufactis templis habitet, sed ut ibi nomen ejus invocetur: ibique devotæ plebis orationes audiret, vota susciperet, munera & oblationes acceptaret. Sed illi eam speluncam latronum fecerant, quia ad hoc in templo residebant, ut aut non dantes munera corporaliter punirent, aut dantes spiritualiter necarent. Legis liquidem præceptum erat, ut ter in anno convenirent omnes ex diversis regni Judaici partibus, ad augustissimum & sanctissimum in orbe templum, in Pascha videlicet, Pentecoste & Scenopegia: & eisdem legis præceptum erat, ne vacui in conspectu Domini apparerent, Et plerumque contingebat, ut qui de remotioribus partibus veniebant, non haberent quod in sacrificio Domini offerret: quia ad longitudinem itineris secum pecora sua adducere non valebant. Proinde sacer-*

*dotes habebant pinguissima animalia, quæ usus sacrificij exposcit, & ea non habentibus vendentes, accepta pecunia rursus empta suscipiebant: hoc modo prædam de simplici populo facientes. Verum erant quidam ita pauperes, qui etiam sumptibus & victu indigebant, & non solum hostias, nec eas unde emerent, habebant, Ad hoc idem sacerdotes nummularios in templo statuerunt, qui mutuum eis sub hac occasione pecuniam darent. Sed quia lex usuras prohibuerat, nec apertè eis duplicatam pecuniam exigere poterant, excogitaverunt rursus aliam fraudem, ut pro usuris reciperent varias species munerum, vnam passam videlicet, & diversi generis poma: ut quod in nummo non licebat, in his rebus exigenter, quæ nummis emuntur: hos appellabant ipsi proprio sermone collybitas, qui collubia, id est, vilia munuscula dabant, quæ Græcè tragemata, Latina bellaria dicuntur. Istiusmodi negotiationes & fraudes cernens Dominus in domo patris sui fieri, sicut beatus Ioannes dicit, factò flagello de resculis, innumeram multitudinem de templo ejecit. Attendant istud Ecclesiæ sacerdotes, & caveant ne domum Dei in speluncam latronum vertant. Latro enim est, qui lucra de regione sectatur, & ex cultu sanctitatis studet occasione negotiationis. Proinde metuendum est illis, ne sicut illi de templo materiali eiectioni sunt, ita isti de templo spiritali eiciantur. Quotidie enim Dominus domum Patri sui, sanctam videlicet Ecclesiam, intrat, & occupatos lucris turpibus eiecit, atque unius criminis habere vendentes pariter & ementes. Vendentes enim sunt, qui sacros ordines ad præmium largiuntur: ementes verò, qui pro iustitia pecuniam tribuunt, & dato pretio patronis emunt peccatum. Notandum verò quòd dicitur: Mensas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas evertere. Quid enim per mensas nummulariorum, nisi altaria intelliguntur, quæ & ipsa cum ad lucra deflexerit, ad nihilum rediguntur? Quid verò per columbas nisi Spiritus sanctus accipitur, qui super Dominum baptizatum in columbæ specie apparuit? Qui autem sunt qui columbas vendunt, nisi hi qui Spiritum sanctum per manus impositionem ad præmium tribuunt? Sed Dominus cathedras vendentium columbas everte, quia talium sacerdotum destruit. Quicumque enim Episcopus gratiam Spiritus sancti vendiderit, etiam si non in conspectu hominum pontificali stola fulgere videatur, jam ante Dei oculos sacerdotio privatus est. Hinc & sacri canones simoniacam heresin anathematizant, & sacerdotio privari præcipiunt eos, qui pro spiritali gratia impensa quarunt pretiū. Moraliter: Sicut in civitate templi cæteris ædificijs præminet, ita in plebe fidelium vita religiosorum. Templum ergo Dei, est ipsa mens fidelium, dicente Apostolo: Vos estis templum Dei, & Spiritus sanctus habitat in vobis. Hæc igitur mens fidelis, si relicta innocentia in læsionem proximi perverfas perferat cogitationes, spelunca utique latronum efficitur: nec jam domus orationis vocatur, sed latibulum latronum: nam illud meditatur agere, unde proximo suo possit nocere. Non ergo sit in domo peccatoris nostri negotiatio, non ementium vendentiumque commercia, ne iratus Iesus intret, & flagello districtæ severitatis puniat concretas sordes suæ mansionis.*

*Et accesserunt ad eum cæci & claudi in templo, & curavit eos.] Ejectionis indignis & prophanatoribus templi, cæcos & claudos mirabiliter sanavit, ut per hoc virtutis suæ, suis adversarijs daret iudicium, & vocem se laudantium puerorum, Hofanna in excelsis clamantium, tali testimonio confirmaret: ostendens opere, quòd illi vocibus consonabant, simul etiam visâ Christi tanta potentia converterentur, & crederent. Ideò enim illis cernentibus cæcos illuminavit, ut illi fidei lumen reciperent: ideò claudos direxit, ut illi claudicationem mentis abijcerent, & meliores pedes in recta operatione habere inciperent. Videntes autem pueros clamantes in templo, Hofanna, benedictus qui venit in nomine Domine, dixerunt:*

Auct.

*Audis quid isti dicunt? Indignè ferentes, quòd Christo quasi divinas laudes, & quæ soli Deo conveniunt, acclamarent. Verùm Dominus ita responsum suum ex omni parte præmunivit, & quòd diceret, ita temperavit, ut nec calumniatorum insidiis pateret, vel laudes illas, quæ quasi à pueris errantibus sibi deferrentur, abjiceret. Non enim respondebat, quòd illi audire volebant: Benè dicunt pueri, justè de me sentiunt. Nec rursus ait, Erant pueri, debetis ignoscere inscitia: sed respondit, *Audis, sicque voces illorum testimonio Plalmographi confirmavit dicens: Nunquid legis, Ex ore infantium & lactentium perfecti laudem? Deus enim Pater ex ore infantium & lactentium laudem perfecit: quia per simplices & innocentes filio suo testimonium perhibuit, per quòd inimicos suos Judæos infelicitissimos persecutores, evidentissimè confudit: & relictis illis abiit foras in Bethaniam, quæ domus obedientiæ interpretatur. Quoniam primò monstrabatur, quia synagogam erat relicturus, & ad domum obedientiæ, hoc est, ad Ecclesiam gentium transiiturus. Simul & illud intuentium, quòd ita pauper erat, ut nec tugurium haberet: ita nulli adplabatur, ut in tanta urbe, tamque populosa à nemine reciperetur. Et die quidem in Hierusalem prædicabat, serò verò revertebatur Bethaniam, ubi erat amicus ejus Lazarus, cum Martha & Maria foribus. Felices certè, multumque beati, qui Dominum hospitem habere meruerunt, cujus præsentia tristitia cuncta movebatur, salubria jucundaque omnia providebantur. Sed & illi nihilominus felicissimi summeque beatissimi, qui ita se ab omni malicia castos immunesque custodiunt, ut illos Dominus inhabitare, & apud eos manere dignetur. Hoc ergo votis sedulis, hoc sanctis desideriis exposcimus, ut ita in nobis universa vitia, & quicquid sordidum, quicquid appetitibus suis est indignum, expurget, sic nos virtutum floribus exornet, quatenus penetralia cordis nostri aptissimum sibi habitaculum efficere dignetur, Dominus & Redemptor noster Jesus, qui cum Deo Patre & Spiritu sancto vivit & regnat per omnia secula seculorum, Amen.**

IN EADEM FERIA. MARCI II.  
Matth. 21. Luc. 19. Joan. 2.

*In illo tempore, cum introisset Iesus in templum, cepit ejicere vendentes & ementes in templo. Et reliqua.*

BEDÆ PRESBYTERI DE  
EADÉM LECTIÓNE.

**Q**uod maledicendo sicca instructuosam per figuram fecit Dominus, hoc idem mox apertius ostendit ejicendo improbos è templo. Neque enim aliquid peccavit arbor, quòd esuriente Domino poma non habuit, quorum necdum tempus advenerat: sed peccavèrunt sacerdotes, qui in domo Domini negotia secularia gerebant, & fructum pietatis, què debuerant, quemque in eis Dominus esuriebat, ferè superfederant. *Arefecit Dominus arborem maledictò, ut homines hæc videntes sive audientes, multo magis intelligerent sese divino condemnandos esse judicio, si absque operum fructu de plausu tantum sibi religiosi sermonis, velut de sonitu & regumènto blandirentur viridantium foliorum. Verùm quia non intellexerunt, in ipsos consequenter districtionem meritæ ultionis exercuit, & ejecit commercia rerum humanarum de domo illa, in qua divinas tantum res agi, hostias & orationes Deo offerri, verbum Dei legi, audiri & decantari præceptum erat. Et quidem credendum est, quia ea tantum vendi vel emi repererit in templo, quæ ad ministerium necessaria essent ejusdem templi, juxta hoc quòd aliàs factum legimus, cum idem templum ingrediens invenit in eo vendentes & ementes, oves, & boves, & columbas. Quia nimirum hæc omnia non nisi ut offerrentur in domo Domini, eos quide longe venerant ab indigenis comparare credendum est. Si ergo Dominus nec ea volebat venundari in templo, quæ in templo volebat offerri,*

Matth. 21  
Marc. 11

Joan. 2.

videlicet propter studium avaritiæ sive fraudis, quòd proprium solet negotiantium facinus: quanta putas animadversione puniret, si invenisset tibi aliquos ritum vel vaniloquio vacantes, aut alii cuiilibet vitio mancipatos? Si enim ea quæ alibi liberè geri poterant, Dominus in domo sua temporalia negotia geri non patitur, quanto magis ea quæ nusquam fieri licet, plus cælestis iræ merentur. Si in ædibus Deo sacratis aguntur? Verùm quia Spiritus sanctus in columba super Dominum apparuit, rectè per columbas sancti Spiritus chrisinata signantur. Qui autem sunt in templo die hodie, qui columbas vendunt; nisi qui in Ecclesia præcium de impositione manus accipiunt, per quam videlicet impositionem Spiritus sanctus & innocentes datur, Columba ergo venditur, quando manus impositio, per quam Spiritus sanctus accipitur, ad præcium præbetur. Sed Redemptor noster cathedras vendentium columbas evertit, quia talium negotiatorum sacerdotium destruit. Hinc est, quòd sacri Canones Simoniacam hæresim damnant, & eos sacerdotio privati præcipiunt, qui de largiendis ordinibus præcium quærunt, Cathedra ergo vendentium columbas evertitur, quia ei qui spiritalem gratiam venundant, vel ante humanos, vel ante Dei oculos sacerdotio privantur.

*Et non sinebant, ut quisquam transferret vas per templum.] De vasis dicit illis, quæ mercandi gratia inferebant. Cæterum abiecit, ut vasa Deo dicata Dominus ejiceret de templo, ut introferri prohiberet in templum, ubi futuri sui examinis insigne prætendit exemplum: sed potius immunda & prophana eliminat vasa de templo, ac ne amplius inferantur, prohibet: quando non solum de Ecclesia omnes repellit ac deturbat reprobos, verum etiam ne ultra ad turbandam Ecclesiam intrent, ætèrno eos verbere compefcit. Sed & in præsentia hæc est vera domus Domini, id est, cordis fidelium purificatio, ut non tantum peccata, quæ inerant, divinitus immissa compunctio tollat, sed etiam ne hæc ultra reperant, divina in eis gratia perseverans adjuvet.*

*Et docebat, dicens eis: Nomen scriptum est, Quia domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus.] Omnibus, inquit, gentibus, non uni genti Judaicæ, nec in uno Hierosolymæ urbis loco, sed in toto orbe terrarum, & nequaquam taurorum, & hircorum, & arietum, sed orationis.*

*Vos autem fecistis eam speluncam latronum.] Qui ad accipienda munera in templo residebant, profectò quin quibusdam non dantibus læsiones exquirerent, dubium non erat. Domus ergo orationis spelunca latronum facta fuerat, quia ad hoc in templo assistere noverant, aut non dantes munera studebant corporaliter persequi, aut dantes spiritualiter necare. Templum quoque & domus Dei, est ipsa mens atque conscientia fidelium, quæ si quando in læsione proximi perversas cogitationes profert, quasi in spelunca latronum resident. Et simpliciter gradientes interficiunt, quando in eos, qui in nullo resunt, læsionis gladios desigunt. Mens enim fidelium non jam domus orationis, sed spelunca latronum est, quando relicta innocentia & simplicitate sanctitatis, illud conatur agere, unde valeat proximis nocere.*

Esaiæ 56

Hier. 7.

FERIA QUARTA.  
Matth. 12. Marc. 8. Luc. 11.

*In illo tempore accesserunt ad Iesum Pharisei & Scribæ, dicens: Magister, volumus à te signum videre. Qui respondens ait illis: Generatio mala & adultera signum quærunt, & signum non dabitur ei, nisi signum Iona Propheta: Sicut enim fuit Iona in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus. Et reliqua.*

BEDÆ PRESBYTERI DE  
EADÉM LECTIÓNE.

**N**ARRATUR in superioribus; quomodo Dominus dæmoniaco, qui erat cæcus & mutus, triplici miraculo sanaverat. Sed Scribæ & Pharisei, qui ad hoc semper Domino adhaerebant, ut illius admiranda opera



231

vel negarent, vel sinistra interpretatione degravarent, ceperunt blasphemantes dicere, quod in Beelzebub principe demoniorum eijceret demones. Contra quos cum longa Dominus disputatione differuisset, sicut nunc Evangelista dicit, responderunt quidam de scribis dicentes: *Magister volumus à te signum videre.* Sic in sanatione signa postulabant, quasi illa, quæ viderant, non vera fuerint. Magistrum etiam sub dolo appellabant, cuius doctrinæ apertâ malitiâ repugnabant. Quæ verò signa, vel unde postulaverint, alius Evangelista apertius ostendit dicens: *Volumus signum videre de celo.* Volebat igitur, ut vel in morte Helia ignem descendere præciperet de celo, vel etiam in similitudinem Samuelis ætivo tempore faceret mugire tonitrua, coruscate fulgura, imbres ruere: tantquam illa, quæ Dominus fecerat, non de celo fuissent, sed opera potius Beelzebub. Sed qui illa calumniabantur, quæ præ manibus habebant, & sine utilitate sua vel fide fieri sentiebant, multo magis illa calumniarentur, & dicebant hæc non virtute Christi, sed variis adibus passionibus accidisse. Fortassis etiam dicuntur erant, similiter magos multa in Ægypto signa fecisse de celo. Sunt qui dicunt illos petuisse à Domino, ut manna plueret de celo: quia secundum alium Evangelistam dixerunt, *Quod signum ostendis nobis? Patres nostri manna manducaverunt in deserto.* Sed si hoc, si illud petierint, intentione struendæ calumniæ absque dubio fecerunt. Verùm videamus quid eis Dominus responderit.

*Qui respondens, ait illis: Generatio malæ & adulteræ signum quarit.* Egregie satis adulteram vocat generationem Judæorum, quia legitimum virum dimiserat, & juxta Ezechielis vaticinium, multis se amatoribus copulaverat.

*Et signum, inquit, non dabitur ei, nisi signum Iona Prophetæ.* Quia enim illi signum de celo tentando petierant, respondit eis Dominus non se signum de celo eis daturum, quod indigni erant accipere, sed tale quale Jonas naufragus, & cetero forbente voratus, tamen Dei miseratione liberatus, & accepit & dedit. Non enim merebantur accipere signum divinitatis, sed humanitatis: passionis, non glorificationis. Discipulis verò suis Dominus signum dedit de celo, quia ejus æternæ divinitatis gloriam, & prius in monte transfiguratus, & post in celum ascendendo sublevatus ostendit.

*Sicut enim fuit Iona in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus.* Manifestissimum est ex hoc loco Jonam Prophetam typum Domini Salvatoris gestasse. Jonas namque interpretatur columba, sive dolens: quæ nomina utique competunt redemptori, super quem baptizatum Spiritus sanctus in specie columbæ descendit. Et de quo Esaias dicit: *Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit.* Jonas missus est ad prædicandum Ninivæ, quæ interpretatur speciosa: & Salvator ad salutem gentium missus est, ut illis ad fidem conversis sibi aptaret Ecclesiam, quam pretioso sanguine mundaret, & de turpi speciosam faceret. Piscis namque, qui Jonam voravit in pelago, significat mortem, quam Dominus perulit in mundo. Jonas in ventre ceti fuit tribus diebus & tribus noctibus, sic & Christus in sepulchro jacuit tribus diebus, & totidem noctibus. Et sicut Jonas in ventre ceti non permansit, sed egestus est in aridam: ita & Salvatoris nostri anima non est relicta in inferno, nec caro ejus vidit corruptionem, sed per gloriam resurrectionis perductus est ad aridam immortalitatis. Quo exemplo declarat juxta literam Judæos, sicut Ninivæ quondam fuerant, gravibus peccatis fuisse obnoxios, & nisi penitentes subversioni proximis. Verùm sicut Ninivitis, ita quoque adhuc dari Judæis tempus penitentia, nec eos debere desperare, si velent penitentiam agere. Oritur hoc loco non contemnenda quaestio, quare dicatur Dominus tribus diebus & tribus noctibus fuisse in corde terræ, cum sicut Evangelium loquitur, parasceve hora sexta sit crucifixus, & circiter horam nonam, inclinato capite emisit spiritum, sabbato in sepulchro quievit, & prima sabbati valde diluculo à mortuis surrexit. Sed hoc iuxta doctricas accipiendum

est, à parte videlicet totum. Nam si partem parasceve cum præterita nocte, quia comprehensus est, accipias, itemque sabbatum nihilominus cum sua nocte, ut rursum noctem Dominicam, cum eodem die, quò illucescente surrexit, invenies profecto integrum triduum, & tres noctes. Sciendum etiam, quòd dupla erit mors nostra: in anima videlicet & corpore. Domini verò mors simpla fuit: quia peccatum quod est mors animæ, non admisit, sicut & ejus resurrectio simpla extitit. Dominus autem triginta sex horis jacuit in sepulchro: una videlicet die, & duabus noctibus. Duodecim verò horæ diei ad viginti quatuor horas duarum noctium, simplicum ad duplum sunt: & duodecim quidem horæ diurnæ simplæ morti nostri redemptoris conveniunt: viginti quatuor autem horæ nocturnæ, ad duplam nostram consentiunt mortem. Magno ergo sacramento, una die & duabus noctibus jacuit in sepulchro: quia lucem simplæ mortis suæ, tenebris duplæ mortis nostræ adjunxit. Veniens enim ad nos, qui in morte carnis & spiritus eramus, unam suam, id est, carnis mortem per tulit, & duas nostras absolvit: simplicam suam nostræ dupla contulit, & duplam nostram subegit.

*Viri Ninivæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam: quia penitentiam egerunt in prædicatione Iona.* Condemnabunt Ninivæ gentem Judæorum non potestate, sed comparatione correctionis vitæ: egerunt enim penitentiam in prædicatione Iona, quòd quia Judæi ad prædicationem Domini non fecerunt, merito illorum comparatione damnabuntur. Et ecce plus quam Jonas hic: Jonas missus est ad Assyrios, qui barbari & increduli erant: Christus ad Judæos, qui domestici, & populus Dei esse debuerant, ille exteris gentibus, iste civibus locutus est: Jonas tantum voce prædicavit, nihil signorum exhibuit, Christus contra miracula faciens ubique non recipiebatur, sed contra Beelzebub calumniam sustinebat. Plus ergo Jonas hic, hoc est, in medio vestrum, hic enim loci adverbium est.

*Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam, quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis.* Scriptura libri Regum fert, quomodo Regina Saba, gente sua & imperii dignitate relicta, per totam difficultates itineris venerit in Judæam, volens audire sapientiam Salomonis, quodque multa munera ei obtulerit, sed plura receperit. Iulæ ergo Judæos in iudicio condemnabit, quia ipsa à finibus terræ requisivit eum, quem sapientia singularis dono noverat esse famosum: Judæi verò secum habentes Dominum, qui est virtus & sapientia patris, non modo eum non audiebant, sed blasphemabant.

*Regina Austri, inquit, surget in iudicio cum generatione ista.* Patet ex hoc loco una bonorum & malorum resurrectio, cum Regina electa dicitur resurrectura cum reprobis.

*Et ecce plus quam Salomon hic.* Hoc est, in præsentiarum inter vos conversatur, qui Salomone incomparabiliter præstantior est. Mysticè in Ninivitis penitentibus, & electa Regina Austri fides Ecclesiæ prædicatur, & Israelii præfertur. Sancta enim Ecclesia ex duabus partibus congregatur: altera eorum qui non peccaverunt, altera eorum qui peccare desierunt.

*Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non invenit.* Potest quidem simpliciter intelligi, quòd hoc Dominus ad ostendendum distinctionem suorum & statane operum adjunxit: quia videlicet ipse polluta mundare velit, fatanas verò ea quæ mundata fuerint, gravius sordibus quærat atque amare. Tamen etiam potest de quolibet hæretico vel schismatico, sive falso Catholico non inconvenienter accipi. Immundus namque spiritus exiit ab homine, quando in baptismo per confessionem fidei Catholicæ, & abrenunciationem mundanorum actuum ab hæretico vel schismatico diabolo egreditur. *Ambulat per loca arida & iniqua:* id est, circa corda sanctorum, quæ ab humore fluxæ cogitationis purgata sunt. *Quærens requiem:* id est, investigans, si quos in eis nequitia suæ gressus figere possit. Sed

Luc. 11.

Marc. 8.

4. Reg. 1.

1. Reg. 12.

Exod. 7.

Exod. 16.

Ioan. 6.

Ezech. 16. 23.

Ioan. 2.

Matth. 3.

Luc. 3.

Marc. 1.

Esai. 53.

Psal. 15.

Ioan. 3.

Matth. 27.

Luc. 23.

Marc. 15.

Ioan. 19.

Ioan. 3.

Luc. 11.

3. Reg. 10.

2. Par. 9.

*non inveniens : quia in castis & mundis mentibus locum habere non potest, sed solum in pravorum cordibus gratiam habet quietem : hinc & ad Job de diabolo Dominus sub specie Leviathan dicit, Sub umbra dormit in secreto calami, in locis humentibus : quia nimirum in tenebrosis & simulatricibus conscientiis quiescit, & lascivis & luxuriosis mentibus delectatur.*

*Tunc dicit : Revertar ad domum meam, unde exivi.] Hoc est, Requiram hareticum, quem in baptismo dimisi, Valde autem tiendus est hic vesiculus, ne forte culpa quam nobis dimissam credebamus, peius nos per incuriam vacantes, a bonis operibus opprimat.*

*Et veniens invenit scopum mundatam & ornatum, vel secundum alium Evangelistam, scopum mundatam, vacantem & ornatum.] Veniens enim malignus spiritus domum, id est, mentem talis hominis, invenit scopum mundatam, hoc est, gratia baptismatis a peccatis originibus ablutam, vacantem a bonis operibus, ornatum simulatis virtutibus.*

*Tunc vadit & assumit septem alios spiritus nequiores se, & ingressi inhabitant tibi.] Solet septenarius numerus in sacro eloquio pro universitate accipi, quia omne seculi tempus per septem dies volvitur. Per septem igitur alios nequiores spiritus, universitas omnium vitiorum designatur. Septem ergo nequiores spiritus ingrediuntur, quia quemcunque post perceptam in baptismo remissionem peccatorum, haretica pravitas vel seculi cupiditas arripuerit, omnium servum facit esse vitiorum. Unde bene spiritus nequiores dicuntur, quia talis cum septem capitalibus vitiis plenus sit, ipsas tamen virtutes habere simulat.*

*Et sunt novissima hominis illius peiora prioribus.] Quia melius erat viam veritatis non cognoscere, quam post agnitam retrorsum converti.*

*Sic erit & generatio huic pessima.] Quibus verbis aperte ostenditur, hanc similitudo specialiter ad Judaeos pertinere. Quod, inquit, specialiter in unoquoque genis solere narravi, generaliter in generatione Judaeorum fieri non desinit. Immundus namque spiritus exiit a Judaeis quando in monte Sinai legem accipientes, dixerunt: Omnia quae praecepit Dominus Deus nosse, faciemus, & obedientes erimus. Ambulavit per loca arida quaerens requiem, quia expulsus a Judaeis ambulavit per solitudines gentium, quae arebant actu vitiorum, & pinguedinem Spiritus sancti non habebant, quia inebriari optabat Psalmista, dicens: Sicut adipe & pinguedine repletur anima mea. Quae cum postea Dominum credidissent, illo non invento in eis loco dixit:*

*Revertar in domum meam unde exivi.] Hoc est, possidebo Judaeos, quos ante dimiseram. Et veniens, invenit mundatam scopis, per circumcisionem vacantem, hoc est, caelesti auxilio desertam, & Christum hospitem non habentem, qui dicit: Relinquetur vobis domus vestra deserta, ornata superfluitiosis traditionibus, & hypocriti Pharisaeorum. Revertitur ad eos diabolus, quia tales erant, & addita septenaria omnium demonum plenitudine, inhabitat pristinam domum.*

*Et sunt novissima hominis illius peiora prioribus.] Multo enim deteriores sunt nunc Judaei Christum in synagogis suis quotidie blasphemantes, quam essent olim in Aegypto idola colentes. Gravius quippe est non suscipere eum qui venerit, quam non credere venturum.*

*Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater ejus & fratres stabant foris, quaerentes loqui ei.] Occupato in officio praedicationis domino, stabant foris mater & fratres ejus, quaerentes ei loqui, cui quidam nunciavit.*

*Mater inquit, tua, & fratres stant foris volentes loqui tibi.] Non simpliciter iste Domino hoc nunciasse putandus est, sed sub dolo volens experiri, utrum operi divino affectum carnalium praeferret propinquorum. Unde prudentissime se matrem nosse dissimulat, ut ostendat se potius cognoscere & amare eos, qui per cognitionem spiritus propinqui sunt, quam qui per cognationem carnis, unde sequitur:*

*At ille respondens, dicens tibi ait: Quae est mater mea, & qui sunt fratres mei?] Non autem Dominus maternae pietatis*

*respuit officium qui per legem praecipit, dicens: Honora patrem tuum & matrem; sed Dei patris ministeria maternis praeponebat affectibus. Hinc alibi dicit: Qui amat patrem & matrem super me, non est me dignus. Nec contemnit fratres, sed cognationi carnis opus praeferebat docet esse praedicationis. Nemo autem turbetur cum audit fratres, quia fratres Domini in Evangelio vocantur consobrini ejus, filii scilicet Mariae matertera ejus, quae fertur fuisse mater Jacobi minoris, & Joseph, & Jadae, quos in alio Evangelio fratres Domini legitur appellatos. Myltice vero mater Domini in synagoga intelligitur de carne, cujus editus est: fratres autem, est populus Judaeorum. Salvatore igitur in tus posito mater ejus & fratres ejus stant foris, quia dum Judaei in Christum credere nolent, dum ad eum qui ad illorum salutem missus fuerat, intrare per fidem negligenter, turba gentium praecipue ingressa est, & nunc Domini sermonibus fruuntur, & doctrina illis foris stantibus, & circa terrenam legis intelligentiam, & literae custodiam diversantibus, quique, quantum in ipsis est, magis Christum ad docenda carnalia foris cogunt exire, quam ipsi ad discenda spiritalia volunt intrare.*

*Et extendens manus in discipulos suos dixit: Ecce mater mea & fratres mei.] Matrem & fratres dicit Apostolos, impletores paternae voluntatis, qui a Deo patre illum missum credebant, paratissimoque animo intendebant. Nec negavit matrem, de qua carnem assumpserat, sicut insaniunt Marcionista & Manichaei, qui eum dicunt non habuisse verum corpus, sed phantasticum: sed spiritalem propinquitatem carnis praetulit consanguinitati, ut & nos doceret in causa Dei nullum de affectione carnis recognoscere, unde adhuc sequitur:*

*Quicumque fecerit voluntatem patris mei qui in caelis est, ipse meus frater, & soror, & mater est.] Quod Dominus eum, qui voluntatem patris sui fecerit, fratrem & sororem vocat, propter utrumque sexum qui ad fidem colligitur, non est mirum. Valde autem mirum, & quae sit dignum est, quomodo etiam mater Domini dici possit. Nam & discipulos fratres dignatus est appellare post resurrectionem, ita inquit: Ite nunciate fratribus meis. Qui ergo frater est in eo credendo, & patris voluntatem impiendo, quomodo etiam mater fieri possit, investigandum est. Sed sciendum, quia sicut quis frater Domini efficitur in eum credendo, ita etiam mater praedicando. Quasi enim mater Christi quis efficitur, cum per ejus praedicationem amor Domini in proximi mente generatur. Magna dignatio, inestimabilis bonitas, inenarrabilis misericordia, hominem, qui servus vocari dignus non fuerat, fratrem Domini appellari. Quam quia ex aequo perpendere non valemus, saltem digne venerari satagamus, omnique industria laboremus, ne aliqua vitiorum scditate degeneres, & tanto nomine judicemur indigni: defendamus nobis moribus id quod nomine vocamur, ne non intelligentes honorem divinae filiationis, comparemur jumentis insipientibus, & similes illis simus. Et ut ea quae loquimur, obtinere mereamur, illius semper adjutorium nobis adesse poscamus, qui cum esset unicus filius Dei, propter nos dignatus est esse filius hominis Jesus Christus Dominus noster, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat in secula seculorum. Amen.*

SABBATO POST INVOCAVIT,  
Marci. Matth. 17. Luc. 9.

*In illo tempore assumpsit Jesus Petrum, & Jacobum & Joannem, & duxit illos in montem excelsum seorsum solos, & transfiguratus est coram ipsis. Et reliqua.*

BEDAE PRESBYTERI DE  
EADEM LECTIIONE.

*In Evangelio Lucae sic scriptum est: Factum est autem post haec verba, fere dies octo, & assumpsit Petrum, & Jacobum, &*

Job. 4.

Matth. 12.

2. Petri. 2.

Exod. 19.

Psal. 82.

Matth. 23.

Exod. 20.

Matth. 10.

Marc. 6.

Matth. 28.

Psal. 48.

Ioanmem, & ascendit in montem, ut oraret, &c. Octava autem die Dominus promissam futuræ beatitudinis gloriam discipulis manifestat, ut & offensa cœlestis vitæ dulcedine, cunctorum, qui hæc audire possint, corda refoveat, & octonario dierum numero, verum tempore resurrectionis gaudium doceat esse venturum. Nam & ipse octava die, id est, post sextam sabbati, qua crucem ascendit, ac septimam sabbati qua in sepulchro quievit, à mortuis resurrexit: & nos post sex huius seculi ætates, in quibus pro Domino pati & laborare gaudemus, ac septimam sabbati animarum, quæ interit in alia vita geritur, octava profectio ætate resurgemus. Nam quod Matthæus Dominum, Marcusque post sex transfiguratum dicitur dies, nec temporis ordine, nec ratione mysterii discrepant à Luca, qui octo dies dicit: quia illi medios tantum ponunt dies, unde & absolute post sex dies factum commemorant. Hic primum quo hæc Dominus promissit, & ultimum quo sua promissa complevit, adjungit: ideoque temperantius ferè dies octo ponit. Et in ratione mystica illic post sex mundi ætates sanctis ab omni labore quiescendum, hic verò tempore octavo designat esse resurgendum. Unde pulchrè & sextus Psalmus pro octava scribitur, cui initium est, *Domine in furore tuo arguas me*: quia nimirum per sex ætates quibus operari licet, precibus est insistendum, ne in octavo retributionis tempore à iudice corripiamur irato. Quod & ipse Dominus voluit hoc loco nos offenso suæ orationis exemplo docere, de quo secundum Lucam dicitur: *Quia ascendit in montem, ut oraret*. In montem namque oraturus & transfiguraturus sic ascendit, ut ostendat eos, qui fructum resurrectionis expectant, qui regem in decore suo videre desiderant, mente in excelsis habitare, & continuis precibus incumbere debere. Tres solummodò discipulos secum ducit, vel quia multi sunt vocati, pauci verò electi, vel quòd hi qui nunc fidem, qua imbuti sunt, sanctæ Trinitatis incorrupta mente servaverint, tunc æterna ejus merentur visione lætari.

Et transfiguratus est, inquit, coram ipsis, & vestimenta ejus facta sunt splendens, candida nix, & velut nix. Transfiguratus Salvator non substantiam veræ carnis amisit, sed gloriam futuræ vel suæ vel nostræ resurrectionis ostendit: qui qualis tunc Apostolus apparuit, talis post iudicium cunctis apparebit electis. Nam in ipso tempore iudicandi & bonis simul & malis in forma servi videbitur, ut videlicet impiis quem spernere, Judæi quem negare, milites quem crucifigere, Pilatus Herodesque quem iudicare, queant agnoscere iudicem. Vestimenta autem Domini, rectè sancti ejus accipiuntur, teste Apostolo, qui ait: *Quicumque ergo in Christo baptizati estis, Christum induistis*. Quæ videlicet vestimenta Domino in terris consistente despecta, aliorumque similia videbantur: sed ipso monte perente novo candore resurgens, quia nunc quidem filii Dei sumus, sed nondum apparuit, similes ei erimus. *Videbimus enim eum sicuti est*. Unde bene de eisdem vestimentis subditur: *Qualia fullo super terram non potest candida facere: nam quia ille hoc loco intelligendus est fullo, quem penitens Psalmista precatur: Amplius lava me ab iniquitate mea, & à delicto munda me*, non potest suis fidelibus in terra dare claritatem, quæ eos conservata manet in cœlis.

Et apparuit illi Helias cum Moysè, & erant loquentes cum Iesu. Moysès & Helias, quorum unum mortuum, alterum in cœlis raptum legimus, *visi in maiestate cum Domino*, ut Lucas scribit, futuram in illo omnium sanctorum gloriam significant, qui videlicet tempore iudicii, vel vivi in carne repertiendi, vel ab olim gustata morte resuscitandi, & pariter sunt regnaturi cum illo. At testante etiam Apostolo: *Mortui qui in Christo sunt, resurgent primi: deinde nos qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis obviam Domino in aëre, & sic semper cum Domino erimus*. Alter, Moysès & Helias, hoc est, legislator, & Prophetarum eximus, apparent & loquuntur cum Domino in carne veniente, ut ostendant ipsam esse, quem cuncta legis & Prophetarum oracula promiserunt. Apparent autem non in infimis, sed in monte cum illo, quia nimirum soli illi, qui

mente terrena desideria transcendunt, maiestatem sanctæ scripturæ, quæ in Domino est adimpleta, perspicunt. Denique & filii Israël videre Moysen, sed ad Deum in montana subeuntem sequi non merentur, ad se quoque reversum non sine velamine cernunt. Heliam novere, sed solis triumphum ascendentis cum filiis Prophetarum contemplatur Helias. Quia multi passim scripturæ verba legimus, sed quam cella in Christi mysteriis splendeat, per pauci perfectiores intelligunt.

Et respondens Petrus ait: Rabbi, bonum est nos hic esse, & faciamus tria tabernacula, tibi unum, & Moysi unum, & Helias unum. Non enim sciebat quid diceret, evan enim timore exterritus. O quanta felicitas visioni Deitatis inter Angelorum choros adesse perpetuò! si tantum transfigurata Christi humanitas, duorumque societas sanctorum ad punctum visa delectet, ut eos, ne discedant etiam obsequio, Petrus sistere velit: qui etsi pro stupore humane fragilitatis nesciat quid dicat, infiri tamen sibi dat affectus indicium. Nesciebat enim quid diceret, qui oblitus est regnum Dei sanctis à Domino, non alicubi terram, sed in cœlis esse promissum: Nec recordatus est, se suosque cooptolos mortali adhuc carne circumseptos, immortalis vitæ statum subire non posse, cui tunc exsuperat, quod in domo patris, quæ in cœlis est, domus manufacta necessaria non sit. Sed & usque nunc imperitiæ notatur, qui que legi, & Prophetis, & Evangelis tria tabernacula facere cupit, cum hæc ad invicem nullatenus valeant separari, unum habentia tabernaculum, hoc est, Ecclesiam Dei.

Et facta est nubes obumbrans eos. Qui materiale tabernaculum quærlit, nubes accepit obumbraculum, ut dicat in resurrectione non tegmine domorum, sed Spiritus sancti gloria, sanctos esse protegendos, de qua Psalmista: *Filii autem hominum in protectione alarum tuarum sperabunt*. Et in Apocalypsi sua Joannes: *Et templum, inquit, non vidi in ea. Dominus omnipotens templum illius est, & agnus*.

Et venit vox de nube dicens: Hic est filius meus charissimus, audite illum. Quia imprudenter interrogaverat, propterea responsum Domini non merentur: sed pater respondet pro filio, ut verbum Domini completeretur: *Ego testimonium non dico pro me, sed pater qui me misit, ipse pro me dicit testimonium*. Vox quoque de cœlo patris loquentis auditur, quæ testimonium perhibeat de filio, & Petrum errore sublato doceat veritatem, imò in Petro ceteros Apostolos. *Hic est, inquit, filius meus charissimus*, huic figendum est tabernaculum, huic obtemperandum. Hic est filius, illi servi sunt Moysès & Helias: debent & ipsi vobiscum in penetralibus cordis sui Domino tabernaculum præparare. Concordat sanè hic Evangelii locus cum verbis ipsius Moysi, quibus incarnationi Domini cælesti testimonium ferens agebat: *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus vestester de fratribus vestris, tanquam me ipsum audiverit, iuxta omnia que locutus fuerit vobis*. Erit autem, *Omnis anima quæcunque non audiverit Prophetam illum, exterminabitur de plebe*. Quem ergo Moysès, cum venerit in carne audiendum ab omnia anima quæ salvari velit, prædixit, hunc jam venientem in carne Deus pater audiendum discipulis ostendit, & tuum esse filium cœlesti voce signavit. Et quasi manifestius fidem adventus ejus illis inlinuans, *Hic vir, inquit, hic est ille, quem Moysès iste vobis sapiens in mundo nasciturum promissit*. Hujus verbis juxta præceptum ipsius Moysi & vos auscultate, & omnes veri amatores auscultare jubete. Et notandum quòd sicut Domino in Jordane baptizato, sic & in monte clarificato totius sanctæ Trinitatis mysterium declaratur: quia nimirum gloriam ejus, quam in baptismo credentes confitemur, in resurrectione videntes colaudabimus, Nec frustra Spiritus sanctus hic in lucida nube, ut alius Evangelista commemorat, illic apparebat in columba: quia qui nunc simplici corde fidem, quam percipit, servat tunc luce aperta visionis quod crediderat, contemplabitur, ipsaque, qua illustrabitur, in perpetuum gratia protegetur.

Et statim circumspicientes, neminem viderunt amplius, nisi Iesum tantum secum. Ubi cepit filius designari, mox servi discesserunt, ne ad illos paterna vox emissã putaretur.

Matth. 17  
Marc. 9.

Luc. 9.

Esai. 33.

Matth. 20

Gal. 3.

1. Joan. 3.

Psal. 50.

Deut. 34  
4. Reg. 2.

1. Thef. 4.

Exod. 34.

4. Reg. 2.

Psal. 28.

Apoc. 21.

Ioan. 8.

Deut. 18.

Act. 7.

Matth. 3  
Marc. 1.

Luc. 3.

Aliter,

I. Cor. 15

Aliter, cum fuerit vox super filium, inventus est ipse solus: quia cum manifestaverit seipsum electis, erit Deus omnia in omnibus, in quo ipse cum suis vivit per omnia Christum, id est, caput cum corpore spiranda. Propter quam unitatem alibi dicebat: Et nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo filius hominis, qui est in caelo.

Joan. 3

Et descendit illis de monte praecepit illis, ne cui quae vidissent, narraret, nisi cum filius hominis à mortuis resurrexerit. Futuri regni praemeditatio, & gloria triumphantis demonstrata fuerat in monte. Non vult ergo hoc in populis praedicari, ne & incredibile esset pio rei magnitudine, & post tantam gloriam apud rudes animos sequens crux scandalum faceret.

DOMINICA II. IN QUADRAGESIMA. Matthaei 17, Lucae 19, Marci 7.

In illo tempore egressus Iesus fecerit in partes Tyri & Sidonis. Et ecce mulier Cananea à sinibus illis egressa, clamavit, dicens ei: Misere mei Domine, fili David: filia mea male à demonio vexatur. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE EADEM LECTIOE.

In lectione sancti Evangelii, quae modo lecta est, fratres charissimi, audivimus magnam mulieris fidem, patientiam, constantiam & humilitatem. Cujus magis est admiranda mentis devotio, quia ipsa quidem utpote gentilis à divinorum eloquiorum funditus erat segregata doctrinis, nec tamen illis quae eadem eloquia praedicant, sit privata virtutibus. Habebat namque magnam fidei perfectionem, quae pietatem Salvatoris implorans ait:

Misere mei Domine, fili David. Cum enim eundem Dominum filium David appellat, profecto patet, quia verum hunc hominem, verum credit & Deum. Cum pro filia rogans, non illam secum adducit, non Dominum ad eam venire precatur; constat aperitissime quod eum verbo salutem posse dare confidit, cujus praesentiam corporis nullam requirit. Sed in hoc quod eum post multas lachrymas tandem prostrata adorat, dicens: Domine adjuva me, nequaquam se deeez divina maiestate ambiguum docet, cujus adorandam ut Dei didicit esse potentiam. Habet patientiae virtutem non exiguam, quae Domino ad primam petitionem ejus non respondente verbum, nequaquam à precibus cessat: sed ampliori instantia auxiliium, quod ceperat, pietatis ejus implorat. Respondere autem ei differt Dominus, non quia misericors medicus miserorum preces despicit, de quo veracissime scriptum est, Desiderium pauperum exaudivit Dominus; sed ut perseverantiam mulieris nobis semper imitabilem demonstraret, quae quo magis contempta videbatur à Domino, eo ardentius ceperit instabat precibus. Respondere differt, ut discipulorum quoque suorum misericordes animos (qui quasi homines ad clamorem mulieris publice eos persequentis erubescerant) ad postulandum simul eum ea provocaret. Nam ipse temperantiam misericordiae suae novat, quia omnia in mensura, & numero, & pondere disposuit. Respondere distulit, ne daretur occasio Judaeis calumniandi, quod gentiles in docendo vel sanando praetulit, ideo ipsi fides ejus suscipere iuste recusaverint. Et hoc est quod ait:

Psal. 97

Non sum missus nisi ad oves, quae perierunt, domus Israel. Quia per se ipse solus docebat Judaeos, qui per duos discipulos etiam gentibus ad fidei gratiam vocavit, de quibus alibi dicit: Et alias oves habeo, quae non sunt ex hoc ovili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audire, & fieri unum ovile, & unus pastor. Hinc est quod unam per se in corpore gentilem sanaturus puellam, non hoc, antequam probata omnibus incomparabili fide matris perficit. Habet autem eadem mater etiam constantiae & humilitatis insigne praecipuum, quae canibus comparata à Domino, nec sic quidem ab instantia precandi desistit, vel à sperando pietatis munere mentem revocat: sed susceptam libenter complexata contumeliam, non solum canibus se similem non

Sap. 11.

negat, sed & catellis se ipsa aequiparandam adjungit, prudentique argumento Domini sententiam confirmat, nec coepit à se petitionis improbitate quiescere. Confirmat namque sententiam Domini, cui dicenti, Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus, respondit: Etiam Domine. Id est, veraciter ut aliter, ita est: quia non est bonum, sumere salutem plebis Israel caelitus destinatam, & dare eam gentibus; sed cum addit, Nam & catelli edunt de micis, quae cadunt de mensa dominorum suorum. Prudentissime demonstrat, quantum humilitatem, quantum intus gerat pectoris constantiam, quae indigna quidem sit integris Domini doctrinis, quibus Judaei utebantur epulis refici, sed quantum lacunae ei à Domino foret impartita gratia, hac sibi ad salutem proficere posse putaverit. Unde rectè à pio Salvatore, qui preces illius non superba dedignatione, sed dispensatione provida ad tempus distulit, audire meruit:

Joan. 10.

O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Magnam quippe fatishabebat fidem, quae nec Prophetarum antiqua, nec recentia ipsius Domini miracula, praecpta vel promissa cognoscens, insuper à Domino toties contempta perseverat in precibus: & quem fama tantum vulgare didicerat salvatorem, rogando pulsare non omittit. Propter quod & magnum suae postulationis consequitur effectum, cum Domino dicente, Fiat tibi sicut vis, sanata est filia ejus ex illa hora. Merito autem haec mulier, natura quidem gentilis, sed corde constans & credula, congregatae de gentibus Ecclesiae fidem devotionemque significat, quem expulsi de Judaea praedicatores sancti, verbo simul & mysteriis gratiae caelestis imbuerunt. Relegamus namque superiorem sancti Evangelii lectionem, & inveniemus, quia venientes ab Hierosolymis & Scribae & Pharisaei, gravissimis Dominum & discipulos ejus persequi suae pessavere tumultibus, quos ipse mox digna investigatione coercitos reliquit. Et egressus inde, fecerit in partes Tyri & Sidonis. Ubi manifeste praefiguratur, quod post passionem resurrectionemque suam Dominus in praedicatoribus suis, Judaeorum perfida corda relicurus, & in partes gentium exterarum esset secessurus. Tyrus quippe & Sidon, quae civitates fuerunt gentilium, monumenta doctrinae ac viae gentilis, in quibus stulti confidunt, indicant. Unde bene mulier, quae Dominum credula precatur, à sinibus illis egressa perhibetur; quia nisi praefata conversationis habitacula vana reliquisset, ad Christi Ecclesiam nunquam veniret: nisi antiqui dogmata anathematizaret erroris, nequaquam novam fidei gratiam suscipere posset. Unde beatus Paulus cum in Judaismo profecisset, postea vocatus in Ecclesia Dei profecit ultra coetaneos suos. Filia daemones, pro qua postulat, anima quaelibet est in Ecclesia, malignorum spirituum magis deceptionibus, quam conditoris sui mancipata praecptis: pro qua necesse est mater Ecclesia Dominum sollicitè interpellat, ut quam ipsa foris monendo, obsecrando, increpando corrigere non valet, ille interius aspirando corrigat, atque ab eorum tenebris convertat, ad agnitionem verae lucis exerceat. Verum etiam si ad primas rogantis Ecclesiae lachrymas Dominus respondere, id est, postulatam errantibus sospitarem mentis dare distulerit, nec sic quidem à petendo, quarendo, pulsando desistendum est, neque impetrandi subeunda est desperatio: sed tanta potius perseverandum instantia, tam obstinato frequentandus clamore Salvator, tantum etiam sanctorum ejus inter litanias appetenda suffragia, donec & ipsi de caelis Domino pro audienda supplicent Ecclesia. Sicque fit, ut si mentem ab intentione proposita non mutaverit, nequaquam frustrum petitionis si audetur: sed live pro sua fragilitate quis, seu pro aliis intervenerit, desiderato potitur effectu. Nam et si quis nostrum conscientiam habet avaritiae, elationis, vanae gloriae, indignationis, iracundiae vel invidiae, ceterorumque vitiorum sordidam, filiam profecto habet male à demonio vexatam, pro cuius sanatione supplex ad Dominum currat: quia nimirum de corde cogitationem progenitam diabolica tolerat arte dementatam: cuius emendationem à pio co-

ditore

Mat. 15.

Galat. 1.

ditore crebris, imò continuis debeat flagitare lamentis & precibus, Si quis bona quæ gessit, forte perjurii, furti, blasphemiar, detractionis, rixæ, vel etiam corporalis immunditiæ, cæterorumve huiusmodi peste fœdavit, filiam habet immundi spiritus furis agitatum : quia videlicet actionem, quam bene laborando ediderat, jam diaboli fraudibus ferviendo stulte disperdidit. Ideoque necesse est, ut cum reatum suum cognoverit, mox ad preces lachrymalque confugiat, sanctorum crebris intercessionibus auxilia quarat, qui pro se salute rogantes Domino dicant: Precamur Domine miserator & misericors, patiens & multæ miserationis, *dimitte eam, quia clamat post nos:* dimitte reatum, & dona gratiam, nostrum intimo affectu pronus querit suffragium. Necesse est debita submissis humilitate, non jam se ovium Israeliticarum, id est, mundarum confortio dignum iudicet animarum, sed potius cani comparandû, & cælestibus indignum arbitretur esse muneribus. Nec tamen desperando à precandi quiescat instantia, sed indubitata mente de largitoris summi bonitate confidat : quia qui de latrone Evangelistam, de lapidibus potuit facere filios Abrahamæ, ipse etiam canem impudentissimum converterere Israeliticam possit in ovem : cui merito donata castitatis etiam vitæ æternæ pascua largiatur, id est, peccatorem conversum à via sua mala iustum facere dignetur, quem merito bonæ actionis ad regnum cæleste perducatur. Videntque Dominus tantum fidei nostræ ardorem, tam pertinacem orandi perseverantiam, tandem miserabitur, & nobis quoque sicut volumus fieri, concedet: ut videlicet expulsi vitiosarum tumultibus cogitationum, dimissis peccatorum nexibus, & pura nobis serenitas mentis, & perfectio boni redintegretur operis. Notandum interea, quod hæc orandi pertinacia ita solum meretur esse fructifera, si quod ore precamur, hoc etiam mente meditemur, neque alio clamore labiorum, quàm cogitationum scindatur intuitus. Sunt enim, qui inantes Ecclesiam multis psalmodiam vel orationem sermonibus perlegant, sed alibi corde intendentes, nec ipsi qui dicant recolunt: ore quidem orantes, sed mente foris vagantes, omni se orationis fructu privant: putantes à Deo precem exaudiri, quam nec ipsi, qui fundunt, audiunt: quod antiqui hostis instinctu fieri, nemo est qui animadvertere nequeat. Sciens enim utilitatem orandi, & invidens hominibus gratiam impetrandi, immittit hominibus multimoda cogitationum levium, & aliquando etiam turpium nocentiumque phantasmata, quibus orationem impediatur, adeo ut nonnunquam tales tantisque discurrerentium cogitationum fluctus prostrati in oratione toleremus, quales nec in lecto resupini jacentes tolerare noverimus. Unde necesse est, fratres charissimi, ut agnitam diaboli curemus separare malitiam: & ipsi videlicet animum ab huiusmodi nebulis, quas hostis aspergere gaudet, in quantum possumus servando, & pii defensoris perpetuum flagitando præsidium, qui potens est quamvis indignis peccatoribus & pure orandi, & perfecte impetrandi concedere gratiam. Multum autem juvat orationis puritas, si in omni loco vel tempore nos ab actibus temperemus illicitis: si semper ab ociosis sermocinationibus auditum pariter castigemus & linguam: si in lege Dei ambulare, & testimonia ejus assuescamus toto corde scrutari. Quæcunque enim sapius agere, loqui vel audire solemus, eadem necesse est sapius ad animum quasi solitam propriamque recurrant ad sedem: & sicut volutabra suæ plaustris, columbæ limpida solent frequentare fluentia, ita cogitationes impuræ mentem immundam perturbant, castam spirituales sanctificant. Sanè si ad exemplum Cananæ mulieris, in orando persistamus, fixique manemus, aderit gratia conditoris nostri, quæ cuncta in nobis errata corrigat, immunda sanctificet, turbulenta serenet. Fidelis namque & iustus est, ut remittat nobis peccata nostra, & mundet nos ab omni iniquitate, si ad illum sedula mentis voce clamemus, qui vivit & regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

*Psal. 85.*

*Luc. 23.*

*Act. 9.*

*Matth. 9*

*Matth. 3.*

*Iacob. 5.*

FERIA III. POST REMINISCERE.  
Lucæ 20. Matth. 23. Marc. 12.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Attendite à scribis, qui volunt ambulare in stolis, & amant salutationes in foro, & primas cathedras in synagogis, & primos discubitus in convivio. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI  
DE EADEM LECTIONE.

Ambulare in stolis, cultoribus vestimentis indutos ad publicum procedere significat: in quo inter cætera dives ille, qui epulebatur quotidie splendide, peccasse describitur. Notandum autem quod non salutari in foro, non primos federe vel discumbere vetat eos, quibus hoc officii ordine comperit: sed eos nimirum qui hæc sive habita, seu certè non habita indebite amant, à fidelibus quibusque quasi reprobos docet esse cavendos, animum videlicet non gradum justa distributione redarguens. Quamvis & hoc culpa non caret, si iidem in foro litibus interesse, qui in cathedra Moysi synagogæ magistri desiderant appellari. Duplici sanè ratione à vanæ gloriæ cupidis attendere jubemur, ne scilicet eorum vel simulatione seducamur, æstimantes bona esse quæ faciunt: vel æmulatione inflammemur, frustra gaudentes, in bonis laudari quæ simulant.

Qui devorant domos viduarum, simulantes longam orationem, hi accipient damnationem maiorem. Non tantum, ait, accipient damnationem, sed adjunxit maiorem: ut infuset etiam illos, qui in angulis stantes orant, ut videantur ab hominibus, damnationem mereri. Sed eos qui hæc prolixius quasi religiosiores agendo, non solum laudes ab hominibus, sed & pecunias quarunt prolixiori damnatione plectendos. Sunt enim qui se iustos, & magni apud Deum meriti simulant, ab infimis quibuslibet, & peccatorum suorum conscientia turbatis, quasi patroni pro eis in iudicio futuri pecunias accipere non dubitant: & cum porrecta manus pauperi preces juvare soleat, illi ob hoc maxime in precibus, ut pauperi numum tollant, permolant: quibus illa Judæ maledictio non immerito congruit, Cum iudicatur, exeat condemnatus, & oratio ejus fiat in peccatum. Condemnatus quippe cum iudicatur, exit: & orationem suam in peccatum recipit, qui magnæ nunc æstimationis apud homines habitus, in divino tunc examine non solum pro aliis se intervenire, sed nec sua sibi merita sufficere posse deprehendit: imò ipsarum, quibus humanum iudicium fessellit, precum inter crimina pœnas luit.

*Matth. 6*

*Ps. 108.*

FERIA QUARTA  
post Reminiscere.

Homiliam ejusdem require in Dominica quinquagesimæ super Evangelio Lucæ, Assumpsit Iesus duodecim discipulos, & ait illis: Ecce ascendimus Hierosolyman, &c.

FERIA QUINTA  
post Reminiscere.

Homiliam ejusdem invenies Dominica prima post Trinitatis, super Evangelio Lucæ, Homo quidam erat dives.

FERIA SEXTA POST  
Reminiscere. Lucæ 20.

In illo tempore cepit Iesus dicere ad plebem parabolam hanc: Homo plantavit vineam, & locavit eam colonis, & ipse peregrinatus fuit multis temporibus. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE  
EADDEM LECTIÖNE.

**D**ocente Domino populum & Evangelizante, con-  
venerunt principes sacerdotum & scribæ cum senio-  
ribus, & interrogaverunt, tentantes in qua potestate si-  
gna faceret. Quibus sua arte superatis, Dominus quæ cœ-  
perat exequitur: siquidem & illis audientibus, plebem ma-  
gis quod verba sua libentius audiat, alloquitur, parabolâ  
scilicet inferens, qua & illos impieratis arguat, & ad gen-  
tes regnum Dei doceat transferendum. Homo ergo qui  
plantavit vineam, ipse est, qui juxta aliam parabolam cõ-  
duxit operarios in vineam suam. Vineam enim Domini Sa-  
baoth, domus Israel est: coloni, iidem sunt operarii,  
qui ad excolendam vineam hora prima, tertia, sexta &  
nona dicuntur esse conducti. Ipse autem peregrè fuit,  
non loci mutatione: Nam Deus unde abesse potest, qui  
loquitur: *Calum & terram ego implebo?* Et alibi. *Ego Deus ap-  
propinquans, & non de longinquo, dicit Dominus.* Sed abire dicitur  
à vinea, ut vinitoribus liberum operandi arbitrium de-  
relinquat. Cui simile est, quod locuta colonis vinea per  
Esaïam dicit: *Et expectari ut faceret uvas, & fecit labruscas.*  
*Et in tempore misit ad cultores servos, ut de fructu vineæ darent  
illi. Qui casam dimiserunt eum inanem.* Bene tempus fructu-  
posuit, non proveniunt. Nullus enim fructus exitit Iu-  
dæorũ, nullus hujus vineæ proventus, tamen crebro ac  
solicite quæreretur, inventus est. Servus ergo, qui primò  
missus est, ipse legifer Moyses intelligitur, qui quadragin-  
ta annos continuos, fructũ aliquè legis, quam dederat, à  
cultoribus inquirebat, sed cælum eum demiserunt inanem.  
*Territerunt enim Moyses in castris & Aaron sanctum Domini.*  
*Et vexatus est Moyses propter eos, quia exacerbaverunt spiritum  
eius.* Qui & ipse servus, quid de fructu vineæ sentiat, palam  
carmine declarat dicens. *Ex vinea enim Sodomorũ viui eorũ,  
& propagatio eorũ ex Gammorra. Vna eorum uva f. illa, boctus amari-  
tudinũ ipsius. Furor draconũ vini eorũ & furor aspidũ insanabili.*  
*Et addidit alterum servum mittere. Illi autem hunc quoq; ca-  
dentes, & afflicti contumelia dimiserunt inanem.* Servus  
alter David Prophetâ regemq; significat, qui post Moy-  
sen missus est, ut colonos vineæ post edita legalia, psalmo-  
diæ modulatione, & dulcedine citharæ ad exercitium bo-  
ni operis excitaret. Nam & ipse David quo cor populi  
ad superna suspenderet, interitus carnalium victimarum  
laudes Domini continuas suavi melodia decantari consti-  
tuit. Sed & hunc affectum contumelia dimiserunt inanè.  
Dicentes enim, *Qua nobis pars in David, aut qua hereditas in  
filio Isai?* regnum simul David ignobili stirpe, & religione  
impietate mutarunt. Attramen ille pro hac vinea, quæ de  
Ægypto translata, Palestinæ montes sua umbra protegit,  
ne funditus extirpetur, exorat: *Domine Deus virtutum con-  
verte nunc, respice de celo, & vide. & visita vineam istam, &  
dirige eam, quam plantavit dexter tua; ubi pariter exponit,  
qui sit homo ille, qui hanc vineam plantavit, Dominus  
scilicet Deus virtutum.*  
*Et addidit tertium mittere, qui & illum vulnerantes ejecerunt.*  
Tertium servum Prophetarũ chorum intellige, quod conti-  
nuis attestationibus populum convenerint, & quæ huic  
vineæ ventura imminerent mala, prædixerint. Sed quem  
prophetarum non sunt persequuti, & occiderunt eos qui  
pronuntiabant de adventu justit. Et hi autem multa de  
hujus vineæ sterilitate dixerunt, sed unius Hieremiæ  
plaudum ponere sufficiat. *Ego autem, inquit, plantavi te  
vineam electam, omnis semen verum. Quomodo ergo conversa est  
in pravam vinea aliena? Pro cuius vineæ tuitione, ne vide-  
licet in ea, sive pro ea, fragilis & infirma, citoque peritu-  
ra suavitatis olus nasceretur, Naboth Izraeliten non  
modo vulneratum, verum etiam legimus extinctum. Cu-  
jus etiam nullum propheticum dictum accipimus, tamen  
prophet. cum factum, quia multos pro hac vinea futuros  
martyres proprio sanguine prophetavit. His sanè tribus  
servorum gradibus, omnium sub lege doctorum figuram  
posse comprehendendi, Dominus alibi manifestè prodit di-  
cens: *Quoniam necesse est impleri omnia, qua scripta sunt in lege  
Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me.**

*Dixit autem Dominus vineæ: Quid faciam? Mittam filium me-  
um dilectum: forsitan cum hunc viderint, verebuntur.* Quod  
Dominus vineæ dubitativè, & non deliberativo modo  
loqui dicitur, non de ignorantia venit. Quid enim ne-  
sciat Dominus vineæ, qui hoc loco Deus pater intelligen-  
tur? Sed semper ambigere dicitur Deus, ut libera volun-  
tas homini referretur.

*Quem cum vidissent coloni, cogitaverunt intra se, dicentes:  
Hic est haeres, occidamus illum, ut nostra fiat hereditas.* Mani-  
festissimè Dominus probat Iudæorum principes non per  
ignorantiam, sed per invidentiam crucifixisse filium Dei.  
Intellexerunt enim hunc esse cui dictum est. *Postula à me,  
& dabo tibi gentes hereditatem tuam.* Et propterea quasi si-  
bi consulentes ajebant: *Ecce mundus totus post eum abis: &  
si dimittimus eum, sic omnes credent in eum.* Hereditas ergo  
filii Ecclesia est cunctis ei data de gentibus, quam non  
moriens illi pater reliquit, sed ipse sua morte mirabiliter  
acquisivit, quia resurgendo possedit. Hanc autem occi-  
so eo mali coloni præripere moliebantur, cum crucifi-  
gentes eum Iudæi fidem, quæ per eum est, extinguere, &  
suam magis, quæ ex lege est, justitiam præferre, ac gen-  
tibus imbuendis conabantur inferere.

*Et ejectum illum extra vineam, occiderunt. Extra vineam  
hæres vineæ trucidatur, quia Iesus ut sanctificaret per suum san-  
guinem populum, extra portam passus est.* Sive ejectus extra  
vineam & occisus est, quia prius ab incredulorum cor-  
de repulsus, ac deinde cruci additus est. In cujus figu-  
ram Moyses altare holocausti, in quo victimarum lan-  
guis funderetur, non intra tabernaculum, sed ad ostium  
posuit: mysticè docens, quia & Dominicæ crucis altare ex-  
tra Hierosolymorum portam ponendum: & ipse vera  
patris hostia Christus à domo Iudæorum, quam sanctifi-  
caturus adierat, non intimo corde recipiendus, sed for-  
is esset suo cruore tingendus. Quod verò secundum  
Marcum mutato ordine dicitur, *Et apprehendentes eum  
occiderunt, & ejecerunt extra vineam,* notat eos pertinaciæ,  
qui nec crucifixo & resuscitato à mortuis Domino præ-  
dicantibus Apostolis credere voluerunt, sed quasi cada-  
ver vile projecerunt. Quia quantum in se erat, à suis  
eum finibus excludentes, gentibus suscipiendum dede-  
runt.

*Quid ergo faciet illis Dominus vinea? Veniet & perdet co-  
lonos istos, & dabit vineam alijs. Quo audito, dixerunt illi: Ab-  
sit.* Contradixerunt sententiæ Domini, quia contra-  
suam perfidiam dictam esse cognoverunt. Intelligebant  
enim parabolam non merito sanctitatis ad capiendâ my-  
sterii verba jã parati, sed malitiæ flammis ad agenda quæ  
dicebantur, accensis: atque idè quæ in mente habuerant,  
quamvis in parabolis dicta, quasi jam olim meditata cog-  
noscere parati. Negantibus ergò Iudæis jultum fore sci-  
entiam divinæ legis, quam ipsi spernebant, ad gentes  
transferti, quid Salvator respondeat, intueri.

*Ille autem aspiciens eos, ait: Quid est ergo hoc quod scri-  
ptum est: Lapidem quem reproboverant edificantes, hic factus  
est in caput anguli?* Quomodo, inquit, implebitur hæc  
prophetia, quæ lapidem ab ædificantibus reprobatum in  
caput anguli dicit esse ponendum, nisi quia Christus à vo-  
bis reprobat & occisus, credituris est gentibus prædi-  
candus? ut quasi lapis angularis duos condens in semet-  
ipsum, ex utroque populo unam sibi fidelium civitatem,  
unum templum ædificet. Eisdem enim synagoga ma-  
gistros, quos supra colonos dixerat, nunc ædificantes ap-  
pellat: quia qui subditam sibi plebem ad ferendos vitæ  
fructus quasi vineam excolere, ipsi hanc Deo inhabita-  
tore dignam quasi domum construeret & ornare jubeban-  
tur. Vnde & Apostolus fidelibus scribens ait: *Dei agri-  
cultura, Dei ædificatio estis.* Sed qui vineæ Dei fructum ne-  
gare quasi agricolæ mali, iidem quasi mali cæmentarii  
Domini Dei lapidem pretiosum electum, qui vel in fun-  
damentis in angulo ponendus erat, subtrahere, hoc est,  
fidem Christi auditoribus suis conabantur eripere. Sed  
illis licet nolentibus, idem lapis caput anguli firmavit,  
quia de utroque populo quotquot ille voluit, sua fide  
conjunct.

Math. 20  
Esaïa 5  
Hier. 23  
Esaïa 5  
Psal. 105  
Deut. 32  
1. Reg. 20  
Psal. 79  
Acto. 7  
Hier. 2  
2. Reg. 21  
Luc. 24

Psal. 2  
1. Cor. 12  
Hebr. 13  
Exod. 40  
Marc. 12  
Psal. 117  
1. Cor. 1

*Omni qui ceciderit super illum lapidem, conquinabitur: supra quem autem ceciderit, comminuet illum.* Aliud est offendere Christum per mala opera, aliud negare per impietatem. Qui peccator est, & tamen illi credit, cadii quidem super lapidem & conquassatur, sed non omnino comminuitur: reservatur enim per sapientiam ad salutem; supra quem verò ille ceciderit, hoc est, cui lapis ipse irruerit, qui & Christum penitus negaverit, comminuet eum, ut ne testa quidem remaneat, in qua hauriatur aqua pulchra. Sive de iis dicit, quod cadunt super eum, qui illum modò contemnunt, vel injuriis afficiunt. Ideò nondum penitus intereunt, sed tamen conquassantur, ut non recti ambulent. Supra quos autem cadii, veniet illis desuper in iudicio cum pœna perditionis. Ideò dixit, *Comminuet eos, ut fiat impij tanquam pulvis quem prociçit ventus à facie terra.*

Esaiæ 30

Psal. 3

*Et querebant principes sacerdotum & scribe mittere in illum manus ille hora, & circumerunt populum. Cognoverunt enim quod ad ipsos dixerit similitudinem istam.* Principes sacerdotum & scribæ quasi mentientem contra se Dominum querebant interficere, sed hoc idem querendo docebant vera esse, quæ docebat. Ipse quippe est hæres, cujus iniusta necem aiebat esse vindicandam. Illi nequam coloni, qui ab occidendo Dei filio ad modicum quidem timore humano retardari, donec veniret hora ejus, nunquam verò divino amore potuerunt cohiberi. Morali sanè intellectu cuique fidelium, cum mysterium baptismi, quod exerceat operando committitur, quasi vinea quam excolat locatur. Mitterit servus unus, alter & tertius, qui de fructu accipiant, cum lex psalmodia, prophetia, quarum monitionem benè agendo sequatur, legitur. Sed missus servus contumelias affectus vel casus ejicitur, cum sermo auditus vel contemnitur, vel quod peius est, etiam blasphematur. Millum in super hæredem quantum in se est occidit, qui & filium Dei concucaverit, & spiritui gratiæ, quo sanctificatus est, contumeliam fecerit. Perditò malo cultore, vinea dabitur alteri, cum dono gratiæ quod superbus sprevit, humilis quisque ditabitur. Sed & hoc quod principes sacerdotum, & scribæ manum mittere querebant in Iesum, terrore populi retinentur, quotidie geritur in Ecclesia, cum quilibet solo de nomine frater eam, quæ non diligit, Ecclesiasticæ fidei ac pacis unitatem propter cohabitantium fratrum bonorum multitudinem vel erubescit vel timet impugnare. Qui tamen, sicut de stultissima avium struthione Dominus ait, *Cum tempus fuerit, in altum alas eriget*; quia persequendo Ecclesiam, quasi Dominum cruci addicere, & ostentui gaudebit habere.

Iob. 39

SABBATO POST REMINISCERE. Lucæ 15.

*In illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescentior ex illis patri: Pater da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit. Et divisit illi substantiam. Et reliqua.*

BEDÆ PRESBYTERI DE EADEM LECTIONE.

**M**Urmurantibus de peccatorum susceptione scribis & Phariseis, tres ex ordine parabolas Salvator posuit: duabus primis, de quibus disputatum est, quantum ipse cum angelis de penitentium salute gaudeat in sinuans; tertia verò, quæ sequitur, non suum tantummodò suorumque gaudium demonstrans, sed & invidentium murmur reprehendens. Homo itaque, qui duos filios habuisse dicitur, Deus pater intelligitur, duorum videlicet genitor populorum, & quasi duarum generis humani stirpium auctor atque creator. Major enim filius, eos qui in unius Dei permansere cultura: minor eos, qui usque ad colenda idola Deum deseruere, significat. Pars substantiæ, quæ minorem filium contingit, ipse sensus in homine rationalis est. Vivere enim, intelligere, meminisse, ingenio alacri excellere, divini substantia muneris est, quam mi-

nor filius experit: è patre, cum homo sua potestate delectatus, per liberum sese arbitrium regere, atq; à Domino quæ sunt exuere conditoris. Divisitque illis substantiã, fidelibus scilicet suæ gratiæ protectionem, quam desiderabant impartiendo: infidelibus verò naturalis solum ingenii, quo contenti erant, beneficium concedendo.

*Et non post multos dies congregatus omnibus, adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipavit substantiam suam vivendo luxuriose.* Longè profectus est, non locum mutando, sed animum. Quanto enim quilibet plus in pravo opere delinquit, tantò à Dei gratia longius recedit. Quod non post multos dies dixit factum, ut congregatis omnibus peregre proficisceretur in regionè longinquam, quia non multo post institutionem humani generis, placuit animæ per liberum arbitrium ferre seculum quandam velut potentiam naturæ suæ, & deserere eam, quo condita est, prædicens viribus suis: quas vires tanto consumit citius, quanto eum deserit à quo data sunt. Itaque hanc vitam prodigam vocat, amantem fundere atque spari pompis exterioribus, intus inanescentem, cum ea quæ sequitur, quæ ab illa procedunt, & relinquit eum, qui sibi est interior.

*Et postquam omnia dissipasset, facta est fames valida in regione illa.* Omnia quæ dissipavit, ornamenta naturæ quæ consumptis, significat: fames in regione longinqua, indigentia verba veritatis est in oblivione creatoris. De qua dictum est in prophetis: *Quia misit Dominus famem in terra, non famem panis, neque sitim aquæ, sed audieris verbum Dei.*

Amos 8

*Et ipse cepit egere: & abiit, & adbasit uni civium regionis illius.* Meritò egere cepit, qui thesauros sapientiæ Dei, divitiarumque celestium altitudinem dereliquit. Vnus autem civium regionis illius, cui egens adhæsit, ille est utique, qui concupiscentiis terrenis meritorum suorum pervertitatis præpositus, princeps hujus mundi à Domino vocatur. Et de quo Apostolus: *Deus, inquit, hujus seculi exacavit mentes infidelium.*

Ioan. 14

2. Cor. 4

*Et misit illum in villam suam, ut pasceret porcos.* In villam mitti, est substantiæ mundialis cupiditate subjugari, de qua in alia parabola quidam spiritalis epulas, ad quas invitabatur, fastidians dixit: *Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam.* Porcos verò pascere, est ea quibus immundi spiritus gaudeant, operari.

Luc. 14

*Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant.* Siliquæ quibus porcos pascere, sunt doctrinæ seculares sterili suavitate resonantes, de quibus laudes idolorum, fabularumque ad deos gentium vario sermone atque carminibus percipant, quibus demonia delectantur. Unde cum ille saturari cupiebat, aliquid solidum & rectum, quod ad beatam vitam pertineret, invenire volebat in talibus, & non poterat: Hoc est enim quod ait: *Et nemo illi dicit, in se autem reversus.* Iam scilicet ab eis, quæ fornicus frustra illigunt & seducunt, in conscientiæ interiora reducere faciens intentionem suam.

*Dixit: Quanti mercenarij patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo.* Unde hoc scire poterat, in quo erat tanta oblivio Dei, sicut in omnibus idololatriis fuit, nisi quia illa recogitatio jam respicientis est, cum Evangelium prædicaretur. Mercenarij ergo patris abundant panibus, quia qui futuræ mercedis intuitu digna operari satagunt, quotidianis supernæ gratiæ reficiuntur alimoniis.

At verò fame pereunt, qui extra patris aedem positi, ventrem cupiunt implere de siliquis: id est, qui sine fide viuentes, vitam beatam inanis philosophiæ studiis inquirunt. Sicut enim panis, qui cor hominis confirmat, verbo Dei quo mentem reficiat, assimilatur: ita siliqua, quæ & ipsa intus inanis, foris mollis est, & corpus non reficit, sed implet, ut sit magis oneri quam usui, seculari sapientiæ non immerito comparatur, cuius sermo facundiæ plausu sonorus, sed virtute utilitatis est vacuus.

Psal. 103

*Surgam & ibo ad patrem meum, & dicam illi: Pater, peccavi in colam & coram te.* Quam misericordem primumque noverat patrem, qui nec offensus à filio patris dedignetur aude vocabulum. *Surgam* ergo, inquit, quia me jacere cognovi: & *ibo*, quia longè recessi, ad patrem meum, quia



sub principe porcorum miserabili egestate tabesco. Peccavi autem in caelum, coram spiritibus angelicis sanctis; que animabus, in quibus sedes est Dei significat: coram te vero, in ipso conscientia interioris conclavi, qua Dei solius oculi penetrare valebant.

Et jam non sum dignus vocari filius tuus. Fac me sicut unum de mercenariis tuis. Ad filii quidem affectum, qui omnia quae patris sunt, sua esse non ambigat, aspirare nequaquam praesumit, sed mercenarii statum jam pro mercede se viturus desiderat. Verum ne huc quidem nisi paterna dignatione se mereri posse restatur. Vbi sunt ergo Pelagianistae, qui sua se virtute salvari posse confidunt, contra apertissimam veritatis sententiam quae ait: *Sine me nihil potestis facere?*

Et surgens venit ad patrem suum. Venire ad patrem, est in Ecclesia constitui per fidem, ubi jam possit esse peccatorum legitima & fructuosa confessio.

Cum autem adhuc longè esset. Et antequam intelligeret Deum, sed tamen cum jam pie quaereret,

Vidit illum pater ipseus. Impios. n. & superbos convenienter non videre dicitur, tanquam ante oculos non habere. Ante oculos enim haberi, non nisi qui diliguntur, dici solent.

Et miserordia motus est, & occurrens cecidit super collum ejus. Non enim pater unigenitum filium deseruit, in quo usque ad nostram longinquam etiam peregrinationem cucurrit atque descendit, quia Deus eras in Christo, mundum reconcilians sibi. E ipse Dominus ait: *Pater in me manens ipse facit opera sua.* Quid est autem cadere super collum ejus, nisi inclinare & humiliare in amplexum ejus brachium suum? Et brachium Domini cui revelatum est? quod est utriusque Dominus noster Jesus Christus.

Et osculatus est eum. Consolari verbo gratiae Dei ad spem indulgentiae peccatorum, hoc est, post longa itinera remeantem a patre mereri osculum charitatis.

Dixitque ei filius: *Pater, peccavi in caelum & coram te: jam non sum dignus vocari filius tuus.* Incipit jam peccata constitutus in Ecclesia confiteri, nec dicit omnia quae dicturum se esse promiserat, sed usque ad illud, *Non sum dignus vocari filius tuus.* Hoc enim vult fieri per gratiam, quod se indignum esse per merita fatetur. Non addidit quod in illa meditatione dixerat, *Fac me sicut unum de mercenariis tuis.* Cum enim panem non haberet, vel mercenarius esse cupiebat: quod post osculum patris generosissimè jam dedignatur. Intelligit namque inter filium, mercenarium, & servum non minimam esse distantiam: servum videlicet esse eum, qui adhuc metu gehennae, sive praesentium legum à vitii temperat: mercenarium, qui spe atque desiderio regni caelorum: filium, affectu boni ipsius atque amore virtutum. In quarum virtutum trium consummatione, beatus Apostolus omnem salutis summam concludens, *Nunc, inquit, manet fides, spes, charitas, tria haec, major autem his charitas.* Fides namque est, quae futuri judicii ac suppliciorum metu, vitiorum facit contagia declinare: spes, quae mentem nostram de praesentibus avocans, universas corporis voluptates caelestium praemiorum expectatione contemnit: charitas, quae nos ad mortem Christi & spiritualium virtutum fructum mentis ardore succendens, quicquid illis contrarium est, toto facit odio detestari. Unde prodigus iste postquam in semetipsum reversus, dixit famis supplicia formidabat, velut jam servus effectus, etiam mercenarii statum de mercede jam cogitans concupiscit. Sed eum pater occurrens non contentus minora concedere utroque gradu sine dilatione transcurso, pristina filiorum restituit dignitati: nec jam de mercede conductoris, sed de hereditate feci cogitare parentis.

Dixit autem pater ad servos suos: *Cito proferre stolam primam, & induite illum.* Stola prima est, vestis innocentiae, quam homo bene conditus accepit, sed malè persuasus amisit: quando post culpam praevocationis cognovit se esse nudum, gloriaque immortalitatis perditam pelliceum, hoc est, mortale (simpliciter indumentum). Servi qui eam proferunt, reconciliations praedicatores sunt. Proferunt enim stolam primam, quando mortales terrenosque homines ita sublimandos asseverant, ut non solum civis angelorum, sed & heredes Dei, & coheredes sint Christi futuri.

Et date annulum in manum ejus, & calceamenta in pedes.)

Annulus est vel sinceræ fidei signaculum, qua cuncta promissa in credentium cordibus certa impressione signantur, vel nuptiarum pignus illarum, quibus Ecclesia sponso fitur. Et bene annulus in manum datur, ut per opera fides clarescat, & per fidem opera firmetur. Calceamenta autem in pedes officium evangelizandi denuntiant, ut cursus mentis ad caelestia tendens, à terrenarum cogitatione rerum inviolata servetur: & munda, priorumque munitus exemplis super serpentes & scorpiones securus incedat. Manus igitur & pedes, id est, opus, ornatur & cursus: opus, ut rectè vivamus: cursus, ut ad aeterna gaudia properemus. *Non enim habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus.*

Et adducite vitulum saginatum, & occidite. Vitulus saginatus, ipse item Dominus est, sed secundum carnem. Et bene saginatus, quia caro ejus adeo est spiritali optima virtute, ut pro totius mundi salute sufficiat in odorem suavitatis, nidorem videlicet immolationis ad Deum mittere, & pro omnibus exorare. Adducere autem vitulum, & occidere, est praedicare Christum, & mortem ejus insinuare. Tunc etenim cuique nostrum quasi recens occiditur, cum credit occisum: tunc caro ejus comeditur, cum ejus passionis sacramentum & ore ad emundationem percipitur, & corde ad imitationem cogitur.

Et manducemus & epulemur, quia hic filius meus mortuus erat, & revixit: perierat, & inventus est. Non solum filius, qui revixit, & inventus est; verum pater & servi illius sacrosancti vituli, qui propter filium occisus erat, carne refecti epulantur, quia patris cibus, salus est nostra: & patris gaudium, nostrorum est remissio peccatorum. Nec tantum patris, sed & Filii & Spiritus sancti: quia sicut una in divinitate voluntas & operatio, ita & una est delectatio sanctae & indivisuae Trinitatis. Unde beatus Abraham tres angelos hospitio recipiens, vitulum tenerimus & optimum occidit, eisque cum lacte, pane, & butyro epulandum legitur obtulisse. Quia qui beatam Trinitatem rectè devotionis officiis reficere, id est, laetificari desiderat, mortem quoque debet unigeniti filii Dei in carne, quae est una in eadem Trinitate persona, pie confessionis sinceritate celebrare. Et notandum quod ante stola prima, ante annulum, ante calceamenta praestantur, & sic deinde vitulus immolatur: quia nisi spem qui quae primae immortalitatis induerit, nisi annulo fidei opera praemunerit, nisi ipsam fidem pie confitendo praedicaverit, non potest sacramentis interesse caelestibus.

Et caperunt epulari. Ista epulae atque festivitas nunc celebrantur, per orbem terrarum Ecclesia dilatata atque diffusa. Vitulus enim ille in corpore & sanguine Dominico & offertur patri, & patet totam domum.

Erant autem filii ejus senior in agro. Filius senior, populus Israel est, qui licet in longinqua non aberit, non tamen domi, sed in agro dicitur esse moratus, quia populus idem neque usque ad colenda creatorem deseruit, neque legis, quam acceperat, interiora penetravit: sed litera solum custodia contentus, exteriora magis & terrena operari simul & sperare solebat, audiens per Prophetam: *Si volueritis & audieritis me, bona terra comedetis.*

Et cum veniret & appropinquaret domui, audivit symphoniam & chorum. Appropinquaret filius domui, cum populus ille in quibuscunque Israelitis considerationibus (nam multi tales inventi sunt in eis, & saepe inventiuntur) labore servilis operis improbat, ex iisdem scripturis Ecclesiae libertatem considerat. Audit symphoniam & chorum, scilicet spiritu plenos vocibus conlonis Evangelium praedicare, quibus dictum est: *Obsecro vos fratres, ut id ipsum dicatis omnes & concorditer, convertantium animam & cor unum in laudes Dei.*

Et vocavit unum de servis, & interrogavit quae hac essent? Isque dixit illi. Vocat unum de servis, cum sumit adlegendum aliquem Prophetarum, & in eo quaerens quodammodo interrogat, unde ista festa in Ecclesia celebrantur, in quibus se esse non videt. Respondeat ei servus patris Propheta:

Ioan. 15

2. Cor. 5  
Ioan. 14

Esai. 53

1. Cor. 13

Rom. 8

Hebr. 13

Gen. 18

Esai. 1

1. Cor.



Isaia 42  
Psal. 19

Rom. 10

Frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulum saginatum : quia saluum illum recepit. In extremis enim terra fuit frater tuus, sed inde major exultatio cantansium Domino canticum novum : quia laus eius ab extremis terra. Et propter eum qui absens erat, occisus est ille, cui dictum est : Et holocaustum tuum pinguis fiat.

Indignatus est autem, & volebat introire. Pater ergo illius regressus cepit rogare illum. Indignatur etiam nunc, & adhuc non vult introire. Cum ergo plenitudo gentium intraverit, egredietur opportuno tempore pater ejus, ut etiam omnis Israel salvus fiat: ex cuius parte cecitas facta est, velut absentia in agrum, donec plenitudo filii minoris longè in idololatria gentium constituti, rediret ad manducandum vitulum intraret. Erit enim quandoque aperta vocatio Iudeorum in salute Evangelii: quam manifestationem vocationis tanquam egressum patris appellat ad rogandum majorem filium.

At illa respondens, dixit patri suo: Ecce vos annis servio tibi, & nunquam mandatum tuum praterii. Queritur quomodo ille populus nunquam mandatum Dei praterisse dicatur: sed facile illud occurrit, neque de omni mandato dictum esse, sed de uno maxime necessario, quo nullum alium Deum colere iustus est. Neque iste filius in omnibus Israelitis, sed in his intelligitur habere personam, qui nunquam ab uno Deo ad simulachra conversi sunt. Quamvis enim tanquam in agro positus, iste filius terrena desideraret, ab uno tamen Deo ista desiderabat bona: quod etiam patris ipsius testimonio comprobatur, cum dicit, Tu mecum es semper. Non enim quasi mentientem redarguit, sed secum perseverantiam ejus approbat, ad perfractionem potioris atque jucundioris exultationis invitat.

Et nunquam dedisti mihi hœdum, ut cum amicis meis epularer. Peccator profectò hæc nomine significari solet, sed aut ut Antichristum intelligamus. Multum enim absurdum est, eum cui dicitur, Tu mecum es semper, hoc à patre optasse, ut Antichristo crederet. Neque omnino in eis Iudeorum, qui Antichristo credituri sunt, istum filium fas est intelligi. Quomodo autem epularerur ex illo hœdo, si ipse est Antichristus, qui non ei crederet? Aut si hoc est epulari ex hædi occisione, quod est de Antichristi peccatione latari, quomodo dicit filius quem recipit pater, hoc sibi non fuisse concessum, cum omnes filii Dei de illius adversarii damnatione lataturi sint? Nimirum ergo ipsum Dominum sibi negari ad epulandum conqueritur, dum eum peccatorè putat. Cum enim hœdus est illi genti, id est, cum eum sabbati violatorè & profanatorè legis exilimat, jucundari epulis ejus non meruit: ut quod ait, Nunquam dedisti mihi hœdum, ut cum amicis meis epularer, tale sit, ac si diceret: Eum qui mihi hœdus videbatur, nunquam mihi dedisti ad epulandum, eo ipso mihi illum ipsum non concedens, quo mihi hœdus videbatur. Quod autem dicit, Cum amicis meis, aut ex persona principum cum plebe intelligitur, aut persona populi Hierosolymitani cum cæteris populis Iuda.

Sed postquam filius tuus hic, qui devoravit substantiam suam cum meretricibus, venit, occidisti illi vitulum saginatum. Meretrices sunt gentilium superstitiones, cum quibus substantiam dissipare, est relicto uno connubio verbi Dei, cum turba dæmonum cupiditate turpissima fornicari.

At ipse dixit illi: Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. Epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & revixit: perieras, & inventus est. Quod dicit, Et omnia mea tua sunt, non putandum est ita dictum, quasi non sint & fratris, ut tanquam in terrena hereditate patris angustias. Quomodo possint esse omnia majoris, si habet ibi junior etiam partem suam? Sic enim à perfectis & perpergatis, ac jam immortalibus filiis habentur omnia, ut sint & omnium singula, & omnia singulorum. Ut enim cupiditas nihil sine angustia, ita nihil cum angustia charitas tenet. Cum ergo beatitatem illam obtuerimus, nostra erunt ad vivendum superiora, nostra erunt ad convivendum æqualia, nostra erunt ad dominandum inferiora. Si quem autem movet, quomodo patri supplicans veritas dicat, Et mea omnia tua sunt, & tua mea :

cui simillimum videtur sonare, quod huic filio dicitur, Et omnia mea tua sunt: sciat unigeniti filii esse omnia, quæ patris sunt: per hoc quod etiam ipse Deus est, & de patre natus, patri est æqualis. Nam & illud quod de Spiritu sancto loquens ait, Omnia quæ habet pater, mea sunt: propterea dixi, quia de meo accipies. & annuntiabit vobis: de his dixit, quæ ad ipsam patris pertinent divinitatem, in quibus illi est æqualis omnia, quæ habet pater habendo. Neque enim Spiritus sanctus de creatura, quæ patri est subiecta, & Filio erat accepturus quod ait, De meo accipies: sed utique de patre, de quo procedit spiritus, de quo natus est & filius. Sive itaque duos filios hos ad utrumque populum, sive (ut quibusdam placet) ad duos quoslibet homines, pœnitentem videlicet & iustum, vel qui sibi iustus videatur, referre volueris, congaudeat major frater, quia frater junior mortuus erat, & revixit: perieras, & inventus est.

Ioan. 17

Ioan. 16

DOMINICA III. IN QUADRAGESIMA. Luc. 11. Matth. 9. Marc. 3.

In illo tempore erat Iesus eiciens dæmonium, & illud erat mucum. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE EADEM LECTIOE.

Dæmoniacus iste apud Matthæum non solum mutus sed & cæcus fuisse narratur, curatusque dicitur à Domino, ita ut loqueretur, & videret. Tria ergo signa simul in uno homine perpetrata sunt: cæcus videt, mutus loquitur, possessus dæmone liberatur. Quod & tunc quidem carnaliter factum est, sed & quotidie completur in conversione credentium, ut expulsus primum dæmone fidei lumen aspiciant, deinde ad laudes Dei tacentia prius ora laxentur.

Matt. 9

Quidam autem ex eis dixerunt: In Beelzebub principe dæmoniorum eicit dæmonia. Non hæc aliqui de turba, sed pharisæi calumniabantur & scribæ, sicut alii Evangelistæ testantur. Turbis quippe, quæ minus eruditæ videbantur, Domini semper facta mirantibus, illi contra vel negare hæc, vel quæ negare nequiverant, sinistra interpretatione pervertere laborabant: quasi non hæc divinitatis, sed im mundi spiritus opera fuissent, id est, Beelzebub, qui Deus est Accaton. Nam Beel quidem ipse est Baal, Zebub autè musca vocatur. Nec iuxta quædam mendosa exemplaria littera, vel d, in fine est nominis legenda, sed b. Beelzebub ergo Baal muscarum, id est, vir muscarum, sive habens muscas interpretatur: fordes videlicet immo latitii cruoris, ex cuius spurcissimo ritu vel nomine, principem dæmoniorum cognominabant.

4. Reg. 1

Et alij tentantes, signum de celo quærebant ab eo. Velin morem Heliaz ignem de sublimi venire cupiebant, vel in similitudinem Samuelis tempore æstivo mugire tonitrua, coruscare fulgura, imbres ruere: quasi non possint & illa calumniari, & dicere ex occultis & variis aeris passionibus accidisse. At tu qui calumniaris ea, quæ oculis vides, manu tenes, utilitate sentis, quid feceris de his, quæ de celo venerint? Vtique respondebis, & magos in Ægypto multa signa fecisse de celo.

ibidem.

1. Reg. 12

Ipsæ autem ut vidit cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum in seipsum divisum, desolabitur, & domus supra domum cadet. Non ad dicta, sed ad cogitata respondit, ut vel sic compellerentur credere potentie ejus, qui cordis videbat occulta. Si autem omne regnum in seipso divisum desolatur, ergo Patris, & Filii & Spiritus sancti regnum non est divisum, quod sine ulla contradictione non aliquo impulsu desolandum, sed æterna est stabilita e mansurum. Si verò sanctæ & individua Trinitatis individuum, imò quia individuum manet regnum, desistant Arriani minore Patri Filium, minore Filio sanctum dicere Spiritum: quia quorum unum est regnum, horum est & una majestas.

Exod. 7

Si autem & sathanas in seipso divisus est, quomodo stabit regnum ipsius, quia dicitur in Beelzebub vincere me dæmonia? Hoc dicens ex ipsorum confessione volebat intelligi, quod in

eum

eum non credendo in regno diaboli esse elegerent, quod utique adversum se divinum stare non possent. Eligant ergo Pharisei quod voluerint: si satanas satanam non potest ejicere, nihil contra Dominum quod dicerent, invenire poterunt: si autem potest, multo magis sibi prospiciant, & recedant de regno ejus, quod adversum se divinum stare non potest. In quo autem Dominus Christus ejiciat demones, ne demoniorum principem existiment, attendant quod sequitur:

*Si autem ego in Beelzebub ejectione demonia, filij vestri in quo ejectione? Ideo ipsi judices vestri erunt.* ) Dixit hoc utique de discipulis suis illius populi filiis, qui certe discipuli Domini Iesu Christi bene sibi consilium fuerant nihil se malum artium a bono magistro didicisse, ut in principe demoniorum ejicerent demones. *Ideo, inquit, ipsi judices erunt vestri;* ipsi inquit, ipsi ignobilia & contemptibilia hujus mundi, in quibus non artificiosa malignitas, sed sancta simplicitas mea virtutis apparet, ipsi testes mei judices erunt vestri. Aliter, Filios Iudaeorum exorcistas gentis illius ex more significat, qui ad invocationem ejiciebant demones. Et coarctat eos interrogatione prudenti, ut confiteantur Spiritus sancti esse opus. Quod si expulsio, inquit, demonum in filiis vestris, Deo, non demonibus deputatur, quare in me idem opus non eandem habeat causam? Ergo ipsi vestri judices erunt, non potestate, sed comparatione, dum illi expulsionem demonum Deo assignant; vos Beelzebub principi demoniorum.

*Porro si in digito Dei ejectione demonia, profectus pervenit in vos regnum Dei.* ) Ille est digitus, quem confitentur & magi, qui contra Moysen & Aaron signa faciebant, dicentes: *Digitus Dei est iste,* quo & tabulae lapideae scriptae sunt in monte Sina. Igitur manus & brachium Dei filius est, & digitus ejus Spiritus sanctus: patris & Filii & Spiritus sancti una substantia est. Non te scandalizet membrorum inaequalitas, cum aedificet unitas corporis. Aliter, Digitus Dei vocatur Spiritus sanctus propter partitionem donorum, quae in eo dantur unicuique propria, sive hominum sive Angelorum. In nullis enim membris nostris magis apparet participio quam in digito. Quod autem dixit, *Pervenit in vos regnum Dei: regnum Dei nunc dicit,* quo damnantur impii, & a fidelibus de peccatis suis poenitentiam nunc agentibus feceruntur.

*Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea qua possidet.* ) Fortem diabolum, atrium vero illius mundum, qui in maligno positus est, appellat, in quo usque ad Salvatoris adventum male pacato potiebat: ut imperio: quia in cordibus infidelium sine ulla contradictione quiescebat. Unde & alibi princeps mundi vocatur, dicens Dominus: *Venit enim princeps mundi, & in me nihil invenit.* Et iterum: *Nunc princeps mundi ejectione foras;* de qua & hic ejectione subjungitur:

*Si autem fortior illo superveniens vicerit eum, universa arma ejus auferet, in quibus confidebas, & spolia ejus distribuet.* ) De seipso quippe loquitur, quod non concordia fallax operatione quemadmodum calumniabantur, sed fortiori potentia victor homines a demonio liberaret. Arma in quibus male fortis ille confidebat, astutiae dolique sunt nequitiae spiritualis: spolia vero ejus ipsi homines sunt ab eo decepti. Quae victor Christus distribuit, quod est insignie triumphantis, quia captivam ducens captivitatem, dedit dona hominibus, quosdam quidem Apostolos, alios Evangelistas, hos Prophetas, illos Pastores ordinans & doctores.

*Qui non est mecum, adversum me est: & qui non colligit mecum, dispergit.* ) Non putet quisquam de haereticis dictum & schismaticis, quamquam & ita ex superfluo possit intelligi, sed ex consequentibus textuque sermonis ad diabolum refertur, & quod non possint opera Salvatoris Beelzebub operibus comparari. Ille cupit animas hominum tenere captivas, Dominus liberare: ille praedicat idola, hic unius Dei notitiam: ille trahit ad vitia, hic ad virtutem revocat. Quomodo ergo possunt habere concordiam inter se, quorum opera divisa sunt?

*Cum immundus spiritus exierit de homine, perambulabit per loca inaquosa.* ) Quamvis simpliciter intelligi possit, Do-

minum haec ad distinctionem suorum & satanae operum adjunctum, quod scilicet ipse semper polluta mundare, satanas vero mundata gravioribus festinet attaminare sordibus; tamen & de haeretico quolibet vel schismatico, vel etiam malo catholico potest non inconvenienter accipi. De quo tempore baptismatis spiritus immundus, qui in eo prius habitaverat, ad confessionem Catholicae fidei, abrenuntiationemque mundanae conversationis ejiciatur, locaque in aquosa peragret, id est, corda fidelium, quae a mollicie fluxa cogitationis expurgata sint, callidus insidiator exploret, si quos ibi forte suae nequitiae gressus figere possit; sed bene dicitur:

*Quaerens requiem, & non inveniens.* ) Quia castas mentes effugiens, in solo diabolus corde pravorum gratam sibi potest invenire quietem; unde de illo Dominus: *Sub umbra,* inquit, *dormit in secreto calami & loci humentibus.* In umbra videlicet tenebrosas conscientias; in calamo, qui foris nitidus, intus est vacuus, simulatrices, in locis humentibus lascivas mollesque mentes insinuans.

*Dicit: Revertar in domum meam unde exivi.* ) Timendus est iste vermiculus, non exponendus, ne culpa, quam in nobis extinctam credebamus, per incuriam nos vacantes opprimat.

*Et cum venerit, invenit scopum mundatum.* ) Hoc est, gratia baptismatis a peccatorum labe castigatam; sed nulla boni operis industria cumulatam; unde bene Matthaeus hanc domum vacantem, scopis mundatam atque ornatum dicit inventam. Mundatam videlicet a vitiis pristinis per baptismum; vacantem a bonis actibus per negligentiam; ornatum simulatis virtutibus per hypocrisim.

*Et tunc vadit & assumit septem alios spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi.* ) Per septem malos spiritus universa vitia designat. Quemcumque enim post baptismum sive praevidas haereticum, seu mundana cupiditas arripuerit, mox omnium prosternit in ima vitiatorum. Unde recte nequiores tunc eum spiritus dicuntur ingressi, quia non solum habebit illa septem vitia, quae septem spiritualibus sunt contraria virtutibus, sed & per hypocrisim ipsas se virtutes habere simulabit.

*Et sunt novissima hominis illius pejora prioribus.* ) Melius quippe erat ei viam veritatis non cognoscere, quam post agnitionem retrorsum converti. ) Quod in Iuda traditore, vel Simone mago, caeterisque talibus specialiter legitimus impletum.

Quo autem generaliter haec parabola tendat, ipse secundum Mattheum Salvator exposuit, ubi ea terminata mox subdidit, dicens: *Sic erit & generationi huic pessima:* id est, quod de uno quolibet specialiter geri solere narravi, hoc in tota & generaliter hujus populi gente geri non desinit. Immundus quippe spiritus exivit a Iudaeis, quando acceperunt legem, & ambulavit per loca arida quaerens sibi requiem: expulsus videlicet a Iudaeis ambulavit per gentium solitudines. Quae cum postea Domino credidissent, ille non invento loco in nationibus dixit: *Revertar ad domum meam pristinam, unde exivi:* habeo Iudaeos, quos ante dimiseram, *Et veniens invenit vacantem, scopum mundatam.* Vacabat enim templum Iudaeorum, & Christum hospitem non habebat dicentem, *Dimittitur vobis domus vestra deserta.* Quia igitur Dei & Angelorum praesidia non habebant, & ornati erant superfluis observationibus pharisaorum, revertitur ad eos diabolus, & septenario sibi numero demonum addito, habitat pristinam domum, & sunt posteriora illius populi pejora prioribus. Multo enim nunc majore demonum numero possidentur blasphemantes in synagogis suis Christum Iesum, quam in Aegypto possessi fuerant ante legis notitiam: quia aliud est venturum non credere, aliud eum non suscepisse, qui venerit. Septenarium autem numerum adjunctum diabolo, vel propter sabbatum intellige, vel propter numerum Spiritus sancti, ut quomodo in Esaia super virgam de radice Iesse, & florem, qui de radice descendit, septem spirituum virtutum descendisse narratur, ita & è contrario vitiatorum numerus in diabolo consecratus sit.

Job. 4

Matth. 9

2. Pet. 2

Matth. 26

Act. 8

Matth. 9

Matth. 23

Esaia 11

Exod. 8  
Bms. 9

Ioan. 14  
Ioan. 12

Psal. 67  
Ephes. 4

IN COMMEMORATIONE DIVINÆ  
virginis Mariæ de Evangelio: Extollens  
vocem quædam mulier.

**F**actum est autem cum hæc diceret, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi. Beatus venter qui te portavit, & ubera qua suxisti. Magnæ devotionis & fidei hæc mulier ostenditur, quæ scribis & Phariseis Dominum tentantibus simul & blasphemantibus, tanta ejus incarnationem præ omnibus sinceritate cognovit, tanta fiducia confitebatur, ut & præsentium procerum calumniam, & futurorum contumaciam hæreticorum perfidiam. Nam sicut tunc Iudæi sancti Spiritus opera blasphemando verum confabulantialemq; patri Dei filium negabant, sic hæretici postea negando Mariam semper virginem, sancti Spiritus operante virtute nascituro ex humanis membris unigenito Deo carnis suæ materiam ministrasse, verum confabulantialemq; patri filium hominis fateri non debere dixerunt. Sed si caro verbi Dei secundum carnem nascentis à carne virginis matris pronunciat extranea, sine causa venter qui eam portasset, ubera qua lactasset, beatificatur. Quia enim conlequentia ejus lacte credatur nutritus, cujus femine negatur esse conceptus? cum ex unius ejusdemque fontis origine secundum phisicos uterque liquor emanare probetur. Nisi forte putanda est virgo sementivam suæ carnis materiam nutriendo in carne Dei filio suggerere potuisse, incarnando autem quali majori & inviolato miraculo minime potuisse. Sed hæc opinioni obstat Apostolus dicens, Quia misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Neque enim audiendi sunt, qui factum ex muliere: quia conceptus in utero virginali, carnem non de nihilo, non aliunde, sed materna traxit ex carne. Alioquin nec verè filius hominis diceretur, qui originem non haberet ex homine. Et nos igitur his contra Eutychem didis extollamus vocem cum Ecclesia Catholica, cujus hæc mulier tyrum gessit, extollamus & mentem de medio turbatum, dicamus que salvatori: Beatus venter qui te portavit, & ubera qua suxisti. Verè enim beata parens, qua (sicut quidam ait) enixa est puerpera regem,

Galat. 4

Sedulius

*Qui celum terramque tenet per secula, ejus Numen, & aeterno complectens omnia gyro, Imperium sine fine manet: qua ventre beato Gaudia matris habens cum virginis ætus honore, Nec primam similem visa est, nec habere sequentem.*

*At ille dixit: Quinimò, beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Pulchrè Salvator attestatiōni mulieris annuit, non eam tantummodo, quæ verbum Dei corporaliter generare meruerat, sed & omnes qui idem verbum spiritaliter auditu fidei concipere, & boni operis custodia vel in suo vel in proximorum corde parete, & quasi alere studuerint, asseverans esse beatos. Quia & eadem Dei genitrix est facta temporalis: sed inde multo beator, quia ejusdem semper amandi custos manebat æterna. Qua sententia sapientes Iudæorum clam percutit, qui verbum Dei non audire & custodire, sed negare & blasphemare quærebant. Vnde & rectè dicitur: Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud: quia non audiores legis, juxta Jacobi Apostoli sententiam, justificabuntur apud Deum, sed factores legis, de quo & Psalmista ait: Beati qui custodiunt iudicium & faciunt justitias in omni tempore: quia illi merces in gloria retribuetur sempiternarum contemplantes faciem Dei, laudes ei in perpetuum cantabunt: Qui in Trinitate & unitate perfecta regnat & permanet Deus per omnia secula seculorum, Amen.*

FERIA SECUNDA. LUCÆ  
4. Matth. 11. & Marc. 6.  
Ioannis 6.

**I**n illo tempore dixerunt Pharisei ad Iesum: Quanta audivimus facta in Capernaum, fac & hic in patria tua. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE  
EADDEM LECTIONE.

**R**efert superius Evangelista, quia cum venisset Dominus Nazareth, & in synagoga lectoris functus officio, ab omnibus intentæ & studiosa fuisset intentione auditus, cunctiq; mirarentur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore illius, ceperunt Pharisei & scribæ invidentes dicere: Nonne hic est filius Ioseph? Quanta Nazarenorum cæcitas, qui eum quem in verbis factisq; Christum esse cognoscunt, ob generis tantum noticiam contemnunt: quorum tamen error salus nostri a est, & hæreticorum condemnatio. In tantum enim cernebant hominem Iesum Christum, ut hunc filium Ioseph, & juxta alios Evangelistas fabrum, vel fabri clamarent filium. Inter quæ intuendum, quare Christus in carne apprensus fabri filius, imò faber appellari voluerit. Sanoque intellectu sentiendum, quòd etiam per hoc ejus ante secula filium esse docuerit, qui fabricator omnium in principio creavit Deum celum & terram. Nam et si humana non sunt comparanda divinis, typus tamen integer est, quia pater Christi igni operatur & spiritu Vnde & de ipso, tanquam fabri filio, precursor ejus ait: Ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igni, qui in domo magna hujus mundi diversi generis vala fabricat: imò vasa iræ spiritus igne moliendo in misericordiz vasa commutat. Unde benè Malachias, cum ex persona patris diceret. Ecce mitam Angelum meum, & preparabis viam ante faciem meam. Et statim venis ad templum sancti sui dominator, quem vos queritis: post pauca subiunxit atque ait, Et sedebit constans & emundans argentum, & purgabit filios Levi, & conflabit eos quasi aurum & quasi argentum. Sed hujus sacramenti Iudæi ignari, divinæ virtutis opera pro sapientia carnalis contemplatione despiciunt, sicut non solum ex præcedentibus ipsorum, sed etiam ex subsequentiibus Domini verbis apparet, cum subditur:

Genes. 1

Luc. 3

Rom. 9

Malac. 3

Ibidem

*Et ait illi: Visque dicitis mihi hanc similitudinem, Me dice curate ipsi. Quanta audivimus facta in Capernaum, fac & hic in patria tua. Quorum insana perfidia sanam licet neficiens fidem confiteretur, quæ Dominum Christum fabrum cognominat & medicum. Faber est enim verus, quia omnia per ipsum facta sunt: medicus est, quia omnia per ipsum restaurata sunt in cælis & in terra. Et sicut de se ipse testatur, non habent opus sani medico, sed male habentes. Et quia diximus quo instrumento fabricandi, dicamus & quo utatur genere medicandi. Præteriens vidit cæcum à nativitate, expulit in terram, & fecit lutum de sputo, linivitque super oculos ejus, & dixit ei, Vade, lava in natatoria Siloe, quod interpretatur missus. Abiit ergo & lavit, & venit videns. Agnosce igitur magnæ modum medicinæ, & gaude, quia per hæc illuminari meruisti. Lutum de terra, caro Christi est sputum de ore, divinitas ejus est, quia caput Christi Deus. Sputum luto immixtum, nos illuminat in natatoria Siloe baptizatos, quia verbum caro factum est, & habitavit in nobis, & vidimus gloriam ejus, quam prius tenebris arcentibus comprehendere non poteramus. Per fabrum ergo Christum creatus es, ut esse: per medicum Christum recreatus es, ut post vulnera sanus esses. Qui ab irridentibus quidem civibus seipsum curare, hoc est in sua patria virtutes facere monetur, sed non otiose ab Evangelista alio excusatur, quia non poterat ibi virtutem ullam facere, nisi paucos infirmos impositis manibus curavit. Et mirabatur propter incredulitatem illorum, ne fortasse quis vilioris nobis fieri debere patriæ putaret affectum, Amabat itaque cives, sed ipsi se charitate patriæ liore privabant.*

Ioan. 1

Ephes. 1

Luc. 5

Matth. 9

Ioan. 9

Ioan. 1

Marc. 6

*Aut autem: Amen dico vobis, quia nemo Prophetam acceptus est in patria sua. Prophetam dici in scripturis Dominum*

Christum,

Dns. 18

Christum, & Moyses est, qui ait: Prophetam suscitate vobis Deus vester de fratribus vestris tanquam me. Non solum autem ipse, qui caput & Dominus est Prophetarum, sed & Helias, Hieremias, ceterique Prophetæ minoris in patria, quam in exteris civitatibus habiti sunt. Quia prope modum naturale est, cives semper civibus invidere. Non enim considerant præsentia viri opera, sed fragilem recordantur infantiam, quasi non & ipsi per eisdem ætatis gradus ad maturam ætatem venerint.

3. Reg. 17

In veritate dico vobis, multa vidua erant in diebus Helie in Israël, quando clausum est celum annis tribus & mensibus sex, cum facta esset fames magna in omni terra, & ad nullam illarum missus est Helias, nisi in Sarepta Sidonis ad mulierem viduam. Non inquit hoc, quod divina fastidiosus civibus beneficia subtrahit, Prophetarum gelis adversatur, quia licet fame quondam omnem terram prementente, nemo est in Judæa reperiendus Helix dignus hospitio, sed exteræ gentis est vidua quædã, quæ ob fidei gratiam à tanto Propheta visitari deberet. Et licet multis ibidem leprosis Naaman tantum Syrus, quia devo è quæsierat, ab Helixo Propheta curari promeruit: sic & vos non alia, quam invidia perfidiamque causâ superno munere privabit. Quorum licet acta Prophetarum etiam allegoricè disculseris, invenies profectò Dominium in patriâ suâ, à qua receptus non est, perfidia superbiam notasse Judæorum. Nominè verò Capharnaû, quæ ager consolationis interpretatur, gentium prædicatorem salutem, ubi majora quotidie signa per Apostolos Apostolorumque successores, non tam in corporum, quam in animarum sanatione patrarent. Igitur vidua, ad quam Helias missus, gentium designat Ecclesiam, quæ a suo diutius conditore deserta, populum rectæ fidei nescium, quasi pauperem filium egenâ stipè nutrebat, i. verbo fructibus ex parte debebat, donec adveniens sermo propheticus, qui excitato velle Israelis, usque clausâ coeli janua, fame periclitabatur in Judæa, pascere ibi simul, & pasceret, & receptus videlicet à creditibus, & reficiens ipse credentes. Undè bene hæc eadem vidua in Sarepta Sidonis dicitur esse morata. Sidon quippè vehatio inutilis, Sarepta verò incendium, vel angustia panis interpretatur: quia ubi abundavit peccatum, super abundavit gratia.

4. Reg. 5

Ubi rebus supervacuis acquirendis quasi aucupandi cura impendebatur, ubi diræ fidei incendium panisque spiritualis antea fiebat angustia, ibi farina oleumque ore prophético benedicuntur, i. fructus & hilaritas charitatis, sive gratia corporis dominici, & charitatis unctio indefectivo verbi cœlestis munere fecundatur. Cujus hætenus in vasis oleum gaudii spiritualis & benedictionis farina non deficit, ceteris quam non credit gentibus inopia panis divini muneris & venatur deditis inutili. Nam & ipsa pulcherimè mysticum sibi prius quam moreretur, panis factura, duo se ligna colligere velle testatur: non solo ligni nomine, sed etiam numero lignorum signum crucis exprimens, quo nobis est panis vite præparatus æternæ.

Rom. 5

Et multi profuerunt in Israël sub rege suo propheta, & nemo eorum mundatus est nisi Naaman Syrus. Quia nota est historia, de mysterio necesse est paucis intimemus. Et Naaman ergo iste Syrus, qui interpretatur decor, populum demonstrat nationum quondam perfidiam scelerumque leprâ maculosum, sed per sacramentum baptismatis ab omni mentis & corporis foeditate purgatum: qui capere consilio puellæ, hoc est, supernæ intercessionis gratiâ, quæ Judæis conservare non valentibus, gentes rapte, & salutem sperare commotus septies lavari jubetur. Quia nimirum solum baptismi genus, quod ex Spiritu S. regenerat, salvat. Undè jure caro ejus post lavacrum, velut caro pueri parvi apparuisse memoratur: sive quia cunctos in Christo baptizatos, in unam parit gratia mater infantia, seu magis ille sit intelligendus puer, de quo dictum est: Puerulus natus est nobis, filius datus est nobis: cuius corpori per baptismum nota credentium soboles adunatur. Et ut cuncta hæc baptismi scires sacramenta præmonstrata, in quo abrenunciare satanæ, fidem confiteri præcipimur, negat se Naaman ultra diis alienis lituratum, soli per omnia Domino serviturus. partem quoque terræ sanctæ secum

4. Reg. 5

tolere gaudet, quia baptizatos oportet dominici quoque corporis participatione confirmari. Merito igitur Naaman, cuius dum aquâ corpus abluitur, fide pectus abluitur, i. populus gentium Judæis leprâ contumaciæ squalentibus antefertur. Merito vidua Sareptana, i. Ecclesia ligno crucis refici desiderans, Judæis fame verbi pereuntibus, pane sacrosancti corporis, & vivifici spiritus unctio recreatur. Probaturque Dominus non ob suam impotentiam civibus, sed ob eorum invidentiam virtutum dona negasse. Atque hoc exemplo totâ postremò gentem, non quia non amaretur, sed quia ipse se amari non amaret, ab eo derelictam, doctoribus scilicet inde ob salvationem gentium toto orbe dispersis. Sed quod Dominus verbo de Judæis, hoc ipsi de se Judæi testantur. Nam sequitur:

Es. 9

Es repleti sunt omnes in synagoga irâ hæc audientes, & surrexerunt, & ejecerunt illum extra civitatem. Sacriligia quippe Judæorum, quæ multò antè Dominus pronuntiaverat per Prophetam dicens: Retribuebam mibi mala pro bono, in Evangelio docet esse completa. Nam cum ipse per populos beneficia diffunderet, illi injurias irrogabant. Nec mihi um si perdidit salutem, qui ejecerunt de suis finibus Salvatorem. Moralis enim Dominus, & qui docuerit exemplo sui Apostolos suos omnibus omnia fieri, nec volentes repudiat, nec invitos alligat, nec ejicientibus reluctatur, nec rogantibus deest. Sic Geraleenos alibi, cum virtutes ejus sustinere non possent, quasi infirmos & ingratos reliquit. Simul intellige non ex necessitate fuisse, sed voluntariam corporis passionem: nec captum à Judæis, sed à se oblatum. Etenim quando vult, capitur, quando vult, labitur, quando vult suspenditur, quando vult tenetur.

Es dux runt, inquit, illum & squas ad supercilium montis, supra quem civitas illorum erat adificata, ut præcipitarent eum. Ipse autem intra sinus per medium illorum ibat. O peior magistro discipulorum hæreditas! Diabolus verbo Dominum tentat, Judæi factò: ille dicit, Mitte resisti adorantur ut imitant. Et quidem Dominus supercilium montis precipitandum ascendit, sed per medium illorum, mutatâ subito vel oblitus factâ furentium mente, descendit, quos adhuc sanare quam perdere malebat, ut causa a videntes sue cepta nequitie, à postcenda deinceps ejus morte debisterent. Necdum enim venerat hora passionis, quæ non quolibet sabbato, sed in pasche futura extiterat: necdum locum passionis, qui non in Nazareth, sed Hierosolymis hostiam sanguine figurabatur, adierat. Sed nec hoc genus mortis, qui crucifigendus præconabatur, elegerat. Non igitur à Nazareis precipitari, non ab Hierosolymis lapidari, non inter pueros Bethleemitas ab Herode periri, non aliâ vel aliâ, vel aliâ voluit morte consummari. Quod enim tali morte regie potestatis judicium, quo fidelium frons armaretur, emineret? Sed solum crucis expectatum est vexillum, cuius figura & celerrimo dextera motu contra maligni hostis tentamenta depingi, & ipsa nihilominus figura ornata singularis potuisset typus haberi, ut quomodo triumphum crucis exponens Apostolus ait: In nomine Jesu omni genua flectantur cœlestium, & terrestrium, & infernorum. Hoc est enim, quod ejusdem crucis cacumina ad cœlos tendunt, ima petunt inferos, cornua terram tegunt. Vide ergo clementiam Salvatoris, qui nec indignatione commotus, nec scelere offensus, nec injuriâ violatus Judæam deserit: qui etiam immemor injuriæ, memor clementiæ, nunc docendo, nunc liberando, nunc sanando in fide plebis corda demulcet.

Ps. 34

Mat. 8  
Mat. 5  
Luc. 8

Philip. 2

FERIA TERTIA POST OCULI  
Luc. 17. Matth. 18.

In illo tempore dixit Jesus ad discipulos suos: Si peccaveris in frater tuum, increpa illum: & si penitentiam egerit, dimitte illi. Et si septies in die peccaverit in te, & septies in die conversus fuerit ad te, dicens: Pœnitentiam me, dimitte illi. Et dixerunt Apostoli Domino: Adauge nobis fidem. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE EADEM LECTIÖNE.

Deut. 19.

Tale quid & in Deuteronomio legimus, ne oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publicè argue eum, ne habeas super illo peccatum. Quo igitur ordine scandala declinare, & vā perpetuum vitare possumus, inlinuat, si nos videlicet ipsos, ne quem lædamus, attendimus, si peccantem zelo iustitiæ corripimus, si ex corde poenitenti misericordie pietatisque viscera pandimus. Ubi cautè intruendum est, quia non passim peccanti dimittere, sed poenitentiam agenti dimittere iubemur; & primò quidem peccantem misericorditer increpare, ut sit cui postmodum habeamus iustè dimittere. Qui ergò fratrem videns peccare tacuerit, non minùs dominici præcepti transgressor est, quàm is, qui eidem poenitenti veniam dare noluerit: quia qui dixit: Si peccaverit, dimitte; præmisit: Si peccaverit, increpa. Itaque venia fratri post increpationem largienda est: sed illi utique, qui se poenitendo ab errore convertit, ne vel difficilis venia, vel remissa sit indulgentia.

Esse septies in die peccaverit in te, & septies in die conversus fuerit ad te, dicens: Peccaverit me, dimitte illi. Septenario numero non veniæ dandæ terminus ponitur, sed vel omnia peccata dimittenda, vel semper poenitenti dimittendum præcipitur. Solet enim sæpè per septem cuiusque rei aut temporis universitas indicari. Undè quod in Psalmo canitur: Septies in die laudem dixi tibi: nihil est aliud quàm, semper laus ejus in ore meo. Nam & alibi Petro interroganti quoties peccanti in se fratri dimittat, an usque septies? respondit Dominus: Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies, i. quadringentis nonaginta vicibus, ut toties peccanti fratri dimitteret in die, quoties ille peccare non posset. Peccanti igitur in te fratri, si poenitentia egerit, dimitteodi habes potestatem, imò necessitatem, & ut tibi poenitenti, ac veniam flagitanti Pater qui est in cælis, significat. At si increpatus converti, & poenitentia agere neglexerit, quid super hoc veritatis sententia decernat, intueri: Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum, & cætera usque quo ait: Si autem & Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Et merito: quia sub nomine fidelis egit opera infidelium. Aliter tanè veniam fratri poenitenti, aliter inimico persequenti dare jubemur. Hinc videlicet, ut accepta remissione peccati, quo nobis in fontibus nocuit, toticà nobis charitate communicet: illi verò, ut cum nobis malum vult, & si potest, facit, nos semper bonum velimus, faciamusque quod possumus. Neque enim David eundem veniæ modum persequutoribus suis poenitentia remedio privatis, quamvis misericorditer eos lugeat, præstare potuit, quem fratribus salubri compunctione castigatis Joseph benevolè cognoscendus exhibuit.

Pf. 118 Pf. 33 Matth. 18

Matth. 18

2. Reg. 1 Gen. 50

FERIA QUARTA. Marc. 17. Matth. 15.

In illo tempore conveniunt ad Jesum Pharisei, & quidam de Scribis venientes ab Hierosolymis. Et cum viderent quosdam ex discipulis ejus communibus manibus, id est, non lotis, manducare panes, risuperaverunt. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE EADEM LECTIÖNE.

Matth. 11

Quàm illa confessio Domini ad Patrem: Quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & revelasti hæc parvulis. Homines terræ Ganazareth, qui minùs docti videbantur, non solum ipsi veniunt, sed suos infirmos adducunt: immò gestant ad Dominum, ut vel simbriam ejus, quo salvari queant, mereantur contingere. Idèque confessit merita cupitæ salutis mercede potiuntur. At verò Pharisei & Scribæ, qui doctores esse populi debuerant, non ad verbum audiendum, non ad quærendà medelam, sed ad movendas solum quæstionum pugnas ad Dominum concurrunt, eosque ne non lotis corporis manibus

vituperant, in quorum operibus, quæ per manus sive per cætera corporis membra fiunt, nihil immunditiæ sordidantis invenire valebant, cum se magis ipsos culpæ debuerint, qui lotas aquâ manus habentes, conscientiam livore pollutam gestabant. Pharisei enim & omnes Judæi, nisi crebrò laverint manus, non manducant (tenentes traditionem seniorum) & à foro nisi baptizentur, non comedunt. Superflitiosa est hominum traditio semel lotos ad manducandum panem crebrius lavare, & à foro, nisi baptizentur, non comedere. Sed necessaria est doctrina veritatis, quæ jubet eos, qui cum pane vitæ descendente de cælo participare desiderant, crebrò elemosynarum, lacrymarum, aliorumque iustitiæ fructuum lavamento sua opera purgare, ut casto corde & corpore celestibus valeant communicare mysteriis. Necessarium est iniquitatem, quæ ex temporalium negotiorum curis quique contraxit, subsequenti bonarum cogitationum & actuum permundet instantiâ, si internæ refectionis cupit epulis perfui. Sed Pharisei spiritalia Prophetarum verba carnaliter accipientes, quæ illi de cordis & operis castigatiōne præcipiebant dicens: Lavamini, mundis estote, & mundamini qui fertis vasa Domini, illi de corpore solummodo lavando servabant. Frustrâ enim Pharisei, frustrâ omnes Judæi lavant manus, & a foro baptizantur, quamdiu contemnunt fonte Salvatoris ablui, in vanum baptisimata servant vasorum, qui cordium suorum & corporum eluere sordes negligunt, cum certum sit Moysei & Prophetas, qui vasa populi Dei vel aquis dilui, vel igne purgari, vel oleo sanctificari quacunquæ ex causa jussissent, non in hoc materialium rerum emundationem, sed mentium potius & operum castigatiōnem ac sanctimoniam, atque animarum nobis mandare salutem.

Ioan. 6

Es. 3. & 22.

Et interrogabant eum Pharisei & Scribæ: Quare discipuli tui non ambulant juxta traditionem seniorum, sed communibus manibus manducant panem? Mira Phariseorum Scribarumque stulticia; Dei filium arguunt, quare hominum traditiones & præcepta non servet. Manus autem, id est, opera, non corporis utique manus, sed animæ lavandæ sunt, ut fiat in illis verbum Dei.

Et dicebat illi: Bene irritum facitis præceptum Dei, ut traditionem vestram servetis. Falsam calumniam verâ responsione confutat. Cum, inquit, vos propter traditionem hominum præcepta Domini negligatis, quare discipulos meos arguendos creditis, quòd seniorum iusta parvipendant, & Dei scita contodiant? Moyses enim dixit: Honoram patrem tuum & matrem tuam: & qui male dixit patri aut matri, morte moriatur. Honor in Scripturis non tantum in salutationibus & officiis deferendis, quantum in elemosyna ac munerum collatione sentitur. Honor, inquit Apollolus, viduas, quæ verè viduæ sunt. Hic honor donum intelligitur. Et in alio loco: Presbyteri duplici honore sunt honorandi, maxime qui laborant in verbo & doctrina Domini. Ex per hoc mandatum jubemur, bovi trituranti os non claudere, ut dignus sit operarius mercede suâ. Vos autem dicitis: Si dixerit homo patri aut matri corban, quod est, donum quodcumque ex me tibi profuerit. Et istud non discurtus eum quicumque facere patri suo aut matri, &c. Preceperat Dominus vel imbecillitates, vel ætates, vel penurias parentum considerans, ut illi honorarent etiam in vitæ necessariis ministrandis parentes suos. Hanc providentissimam Dei legem volentes Scribæ Phariseique subvertere, ut impietatem sub nomine pietatis inducerent, docuerunt pessimos filios, ut si quis ea, quæ parentibus offerenda sunt, Deo votere voluerit, qui verus est pater, oblatio Domini præponatur parentum muneribus. Vel certè ipsi parentes, quæ Deo consecrata sunt, ne sacrilegii crimen incurrerent, declinantes egestate conficiebant, atque ita fiebat, ut oblatio liberorum sub occasione templi & Dei in sacerdotum luca cederet. Hæc pessima Phariseorum consuetudo de tali occasione veniebat, multos habentes obligatos are alieno, & nolentes sibi creditum reddere, delegabant sacerdotibus, ut exacta pecunia ministeris templi & eorum usibus deferret. Potest autem & hunc breviter habere sensum: Munit quodcumque ex me est, tibi proderit. Compellitis, in-

Exod. 20 Deut. 5 Exod. 21 Lev. 20 1. Tim. 5 Ibidem.

Deut. 125 1. Cor. 9 Luc. 10 Lev. 20 Deut. 5

quit,

quit, filios ut dicant parentibus suis: Quodcumque donum oblaturus eram Deo, in tuos conlumo cibos; tibi que prodest o pater & mater, ut illi timentes accipiant, quod Deo videbant mancipatum, in opem magis vellent vitam ducere, quam comedere de consecratis.

Et advo. ans iterum turbam, dicebat illi: Audite me omnes & intelligite: Nihil est extra hominem introiens in eum, quod possit eum conquinare. Sed qua de homine procedunt, illa sunt qua communicant hominem, Verbum communicat, proprie Scripturarum est, & publico sermone teritur. Populus Judaeorum partem Dei esse iactans, communes cibos vocat, quibus omnes utuntur homines. Verbi gratia: Stullam carnem, lepores & istiusmodi ostreas, animantia quae unguulam non fiidunt, nec ruminant, nec squamota in piscibus sunt. Unde & in Actibus Apostolorum scriptum est: Quod Deus sanctificavit, tu ne commune dixeris. Commune ergo, quod ceteris hominibus patet, & quali non est ex parte Dei, pro immundo appellatur. Nihil est, inquit, extra hominem introiens in eum, quod possit eum conquinare. Sed qua de homine procedunt, illa sunt qua conquinant hominem. Opponat prudens lector, & dicat: Si quod intrat in os, non conquinat hominem, quare idololatrias non vescimur? Et Apostolus scribit: Non potestis calicem Domini bibere, & calicem demoniorum. Sciendum ergo quod ipsa quidem cibaria, ut Dei creatura, per se munda sint, sed idololatriam ac demonum invocatio ea facit immunda.

Et cum introisset in domum a turba, interrogabant eum discipuli eius parabolam. Et ait illis: Sic & vos imprudentes estis? Quod aperte dictum fuerat & patebat auditu, Apostoli per parabolam dictum putant, & in re manifesta mysticam quaerunt intelligentiam, corripunturque a Domino, quare parabolice dictum putant, quod perspicue locutus est. Ex quo animadvertimus vitiosum esse auditorem, qui obscure manifesta, aut manifeste dicta obscure velit intelligere. Non intelligitis, quia omne extrinsecus introiens in hominem, non potest eum conquinare, quia non intrat in cor eius, sed in ventrem & in secessum emittitur purgans omnes escas? Omnium Evangeliorum loca apud haereticos & perversos plena sunt scandalis. Et ex hac lententia quidam calumniantur, quod Dominus physicae disputationis ignarus, putet omnes cibos in ventrem ire, & in secessum digeri, cum statim infusa esca per artus & venas, ac medullas nervosque fundatur. Unde & multos, qui vitio stomachi perpetem sustineant vomitum, post cenas & prandia statim evomere quod ingererint, & tamen corpulentos esse, quia ad primum tactum liquidioribus & potus per membra fundatur. Sed istiusmodi homines, dum volunt alterius imperium reprehendere, offendunturam. Quamvis enim tenuissimus humor & liquens esca, dum in venis, artubus concocta fuerit & digesta, per occultos meatus corporis, quos Graeci nepes vocant, ad inferiora delabitur, & in secessum vadit. Dicebat autem: Quoniam quae ex homine exeunt, illa communicant hominem. Ab intus enim de corde hominum cogitationes mala procedunt, adulteria, fornicationes, homicidia, furta, avaritia, &c. De corde, inquit, exeunt cogitationes mala. Ergo animae principale non iuxta Platonem in cerebro, sed iuxta Christum in corde est. Et arguendi ex hac sententia, qui cogitationes ad diabolo immitti putant, & non ex propria nasci voluntate: diabolus adiutor esse & incensor malorum cogitationum potest, auctor non potest. Sin autem semper in invidis positus, levem cogitationum nostrarum scin illam tuis fomicibus inflammant, non debemus opinari eum cordis quoque occultari, sed ex corporis habitu & gestibus altimare, quid verlemus intrinsecus. Verbi gratia: Si pulchram mulierem nos crebro viderit respicere, intelligit cor amoris iaculo vulneratum.

FERIA QUARTA.

Luc. 4.

In illo tempore surgens Iesus de synagoga, introiit in domum Simonis, & reliqua.

Homiliam Bedae require Sabbato post Pentecosten.

DOMINICA QUARTA QUADRAGESIMAE, sive Latere. Joan. 6. Luc. 9. Marc. 6. Matth. 19.

In illo tempore abiit Iesus trans mare Galilae, quod est Tyberiadis: Et sequebatur eum multitudo magna, quia viderant signa quae faciebat super his, qui infirmabantur. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE EADEM LECTIOE.

Qui signa & miracula Domini ac Salvatoris recte cum legunt vel audiunt, accipiunt, non tam in his quid foris stupeant, attendunt, quam quid horum exemplo intus agere, quid in his mysticis pendere debeant, inspicunt. Ecce enim propinquare pascha, die festo Judaeorum, sequentem se multitudinem Dominus verbo salutis pariter & ope curationis erigebat. Nam sicut alius Evangelista scribit: Loquebatur illis de regno Dei, & eos qui curam indigebant, sanabat, eademque doctrina & sanatione completam, paucis de cibariis abundantissime refecit. Et nos ergo, fratres charissimi, huius exemplo facti propinquare pascha die festo nostrae resurrectionis, ad iunctam fratrum catervam Dominum toto corde sequamur, quoque actionum itinere ingressus sit diligentissime contempnemur, ut vestigia eius sequi mereamur. Qui enim dicit, se in Christo manere, debet ut ille ambulavit & ipse ambulare. Quicquid in nobis imperitiae nocentis inelle deprehenderimus, crebra verbi illius auditione tergamus: & quicquid vitii tentantis morbi, videlicet spiritualis, nos interius vastare senserimus, solita pietatis illius munere postulemus emundari. Sed & licet unitis nos celestis vitae dulcedine conspexerimus, eius gratiam flagitemus, ut necessaria nos compunctionis, & ceterarum virtutum spiritualium donis satiare dignetur, quatenus tempore sacrosanctae resurrectionis illius inexcusate exteriorumque decorem ornati, sacramenta nostrae salutis puro corpore simul & corde sumamus. Verum quia breviter ista praebavimus, libet diligentius totam sacrae lectionis intueri, & quicquid in ea mysticum indagare valeamus, velti a pendere charitati.

Abiit Iesus trans mare Galilae, quod est Tyberiadis. Primò dicendum iuxta historiam, quia mare Galilae, quod multis pro diverberitate circumiacentium regionum vocabulis distinguitur, illis tantum in locis Tyberiadis vocatur, ubi Tyberidem civitatem aquis, ut aiunt, calidis salutrem ab occidente praemonstrat. Siquidem praeterfluente Jordane, duodeviginti passuum millibus in longum, & quinque extenditur in latum. Mysticè autem mare turbida ac tumulenta huius seculi volumina significat, in quibus pravi quilibet in iuste delectati, quali profundis dediti pices mentem ad superna gaudia non intendunt. Unde bene idem mare Galilae, i. rota cognominatur: quia nimirum laborabentis seculi qualem vertiginem corda mittit, quae ad perennis vitae desideria erigi non permittit. De quibus Psalmista: In circuitu, inquit, impij ambulans. Sed abeuntera trans mare Galilae Iesum multitudo maxima sequebatur, quae doctrinam, sanationis & resurrectionis ab eo celestis summa munera perciperet, quia proutquam Dominus in carne appareret, sola illum gens Judaea sequebatur credendo: postquam vero per incarnationis suae dispensationem fluctus vitae corruptibilis adit, calcavit & transit, maxima mox eum multitudo credentium secuta est nationum, spiritualiter instrui, sanari ac satiare desiderans, & cum Psalmista deprecans: Domine ad te confugi, doce me facere voluntatem tuam. Et miserere mei Domine, quonia infirmus sum: sana me Domine, quoniam consurubat a iuns ossa mea. Et iterum de percipiendis ab eo vitae perpetuae alimentis consueta, Domine, inquit, pasce me, & nihil mihi deerit, in loco pascae ubi me collocaveris. Quod autem subiens in montem Iesus ibi sedebat cum discipu-

Luce. 11

Deut. 14

Act. 10

1. Cor. 8

1. Cor. 10

Luce. 9

1. Ioan. 2

Pf. 11

Pf. 142

Pf. 6

Es. 22

lis suis, sed veniente ad eum multitudine descendit, sed hanc in superioribus refecit, quam in inferioribus paulo ante curaverat, nequaquam frustra factum credamus, sed ad significandum mystice: quia doctrinam & charismata sua Dominus iuxta percipientium capacitate distribuit, infirmis quidem adhuc mentibus ac parvulis spiritu simpliciora credens sacramenta; celsioribus autem quibusq; & perfectioribus sensu secretiora sua maiestatis arcana referans, arctiora devotæ conversationis itinera suggerens, & altiora præmiorum cœlestium dona promittens: Denique *cuidam sistanti, quid faciens vitam aternam possideret*, quasi inferius adhuc posito communia sua dona largitatis impendit dicens: *Non occides, non machaberis, non furum facies, non falsum testimonium dices, honora patrem tuum & matrem.* Cui postmodum majora sequenti, & velut ad montem virtutum ascendere cupienti: *Si vis, inquit, perfectus esse, vade, vende omnia quae habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo, & veni sequere me.* Cujus discretionem moderaminis non solum per se Dominus in carne docens exhibuit, verum nunc quoque per verbi sui ministros exhibere non cessat. Unde de eisdem sub unius boni servi persona testatur, quia dare debeant servis in tempore tritici mensuram, id est, pro captu audientium opportunè & mensuratè verbi dapes suggerere. Quod verò appropinquante Pascha Dominus turbas docet, sanat & reficit, possimus ita mystice interpretari, quia Pascha transitus dicitur, & quocumque Dominus internam numerum suorum suavitatem recuperat, ad salubrem profectum transitum preparat, ut carnis videlicet concupiscentias mentis sublimitate transcendat, infirma mundi desideria prospera pariter & adversa cœlesti spe & amore conculcent: etsi necdum anima vel carne ad superna valeant pertingere, quia hoc nimirum in futuro promittitur, quicquid tamen carnales quasi alium amplecti conspiciunt, comparatione aeternorum quasi nihilum despiciant: iuxta exemplum illius, qui videns impium superexaltatum & elevatum super cedros Libani, transit temporalia contemplando, & quasi non esse videbat, quem citò tollendum prævidebat. Quod sublevasse oculos Jesus, & venientem ad se multitudinem vidisse perhibetur, divinae pietatis iudicium est: quia videlicet concupiscentias ad se venire querentibus gratia misericordiae cœlestis occurrere consuevit. Et ne querendo errare possint lucem sui spiritus aperire currentibus solitis est. Nam quòd oculi Jesu dona spiritus eius mystice designent, testatur in Apocalypsi Joannes, qui figuratè loquens de illo, *Et vidi, inquit, agnum stantem tanquam occisum, habentem cornua septem, & oculos septem, quae sunt septem spiritus Dei missi in omnem terram.* Quòd tentans Philippum Dominus, *Unde, inquit, ememus panes ut manducent hi?* provida utique dispensatione facit, non ut ipse quæ non noverat, discat, sed ut Philippus tarditatem suæ fidei, quam in magistro sciente ipse nesciebat, tentatus agnoscat, & miraculo facto caliget. Neque enim dubitare debuerat præsentem rerum creatorem, qui educit panem de terra, & vino latificat cor hominis, paucorum denariorum panes sufficere turbarum millibus non paucis, ut unusquisque sufficienter acciperet, & jam saturatus abiret. Quinque autem panes, quibus multitudinem populi saturavit, quinque sunt libri Moysi, quibus spirituali intellectu patefactis, & abundantiore jam sensu multiplicatis auditorum fidelium quotidie corda reficit. Qui benè hordeacei fuisse referuntur, propter nimirum austeriora legis edicta & tegumenta literæ grossioris, quæ interiori spiritualis sensus quasi medullam celabant. Duo autem pisces quos addidit, Psalmistarum non inconvenienter & Prophetarum scripta significant, quorum unum canendo, alterum colloquendo suis auditoribus futura Christi & Ecclesiae sacramenta narrabant. Et benè per aquatilia animantia figurantur illius ævi præcones, in quo populus fidelium sine aquis baptismi vivere nullatenus posset. Puer, qui quinque panes & duos pisces habuit, nec tamen eos efficientibus turbis distribuit, sed Domino distribuendos obtulit, populus est Judæorum literali sensu puerilis, qui

Matt. 19  
Marc. 10  
Luc. 18

Matt. 24

Pf. 36

Apoc. 5

Pf. 103

Scripturarum dicta clausa secum tenuit, quæ tamen Dominus in carne apprensus accepit, & quid intus haberent utilitatis ac dulcedinis, ostendit, & quam mul iplici spiritus gratia, quæ pauca ac despecta videbantur, exuberaret, patefecit, & hæc per Apostolos suos Apostolorumque successores cunctis nationibus ministranda porrexit. Unde benè alii ferunt Evangelistæ, quia panes & pisces Dominus discipulis, discipuli autè ministraverunt turbis. Cum enim mysterium humanæ salutis initium cœpisset enarrari per Dominum ab eis qui audierunt, in nos confirmatum est. Quinque siquidem panes & duos pisces fregit & distribuit discipulis suis, quando aperuit illis sensum, ut intelligerent omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de ipso. Discipuli apposuerunt turbis, quando profecti prædicaverunt ubique, Domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis. Fœnum, in quo discumbens turba reficitur, concupiscentia carnis intelligitur, quam calcare & premere debet omnis, qui spiritualibus alimentis satiari desiderat. Omnis enim caro fœnum, & omnis gloria & jus tanquam flos fœni. Discumba: ergò super fœnum, & florè fœni conteret, i. caliget corpus suum, & servituti subiciat, voluptates carnis edomet, luxuriæ fluxa relinguat, quicquid panis vivi cupit suavitatem refici: quicquid supernæ gratiæ dapibus renovari amat, ne infirmâ vetustate deficiat, caveat. Quinque millia viri qui manducaverunt, perfectionem eorum, qui verbo vitæ reficiuntur, insinuant. Virorum quippè nomine solent in Scripturis perfectiores quique figurati, quos feminea mollicies nulla corumpit, quales cupit eos esse, quibus dicit Apostolus: *Vigilate, stete in fide, viriliter agite & confortamini.* Millenarius autem numerus, ultra quem nulla nostra computatio succrescit, plenitudinè rerum, de quibus agitur, indicare consuevit: quinario verò numero quinque notissimi corporis nostri sensus exprimuntur, visus videlicet, auditus, olfactus, gustus & tactus. In quibus singulis quicquid viriliter agere & confortari fatigant, sobriè, & pie, & iuste vivendo, ut cœlestis sapientia mereantur dulcedine recreari, hinc nimirum quinque millibus virorum, quos Dominus mysticè dapibus satiavit, figurantur. Nec prætereundum quòd refecturus multitudinem gratias egit; Egit quippè gratias, ut & nos doceret de percipiendis cœlestis munibus gratias semper agere, & ipse quantum de nostris precibus gratuletur, & de nostra spiritali refectioe gaudeat, incimaret. Vultis enim nosse, fratres, quantum nostræ congaudeat salutis? Narrat Evangelista Lucas dedisse eum discipulis potestatem calcandi supra omnem virtutem inimici, eorumque nomina scripta indicasse in cœlis, & tacim inferi. In ipsa hora exultavit in Spiritu sancto, & dixit: *Confiteor tibi Pater Domine caeli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus, & revelasti ea parvulis.* Claret ergò, quia salutis ac vitæ fidelium congratuletur, qui Patrem gratias agendo collaudat, quòd ea, quæ superbientibus abscondit, millibus spiritu secreta revelaverit. Quòd autem saturatâ multitudine iussit discipulos colligere, quæ superaverant fragmentorum, ne perirent, hoc signat profectum, quia pleraque sunt arcana vinorum eloquiorum, quæ vulgi sensus non capit: nonnulla, quæ per se quidem minus docti allequi nequeunt, sed à doctioribus exposita mox intelligere queunt. Hæc ergò necesse est, ut qui valent diligentius scrutando colligant, & ad eruditionem minorum suorum dicto vel scripto faciant pervenire: ne alimenta verbi illorum deficiã pereant, plebibusque tollantur, qui hæc Domino donante, interpretando colligere norunt. Collegerunt, inquit, & impleverunt duodecim cophinos fragmentorum. Quia duodenario numero solet perfectionis cuiuslibet summa figurari, rectè per duodecim cophinos fragmentorum plenos omnis spiritalium doctorum chorus exprimitur, qui obscura Scripturarum, quæ per se turbæ nequeunt & meditando colligere, & meditata & mandata literis fide pariter & turbarum usui conservare jubentur. Hoc ipsi facere Apostoli & Evangelistæ non pauca legis & Prophetarum dicta mystica suis interpretatione addita inferendo opusculis, hoc sequaces eorum Eccle-

Matt. 19  
Luc. 9  
Marc. 6

Luc. 24

Marc. 16

Esa. 40

1. Cor. 9

1. Cor. 16

Tit. 2

Luc. 10

Ibid. & Matt. 11

fix toto orbe magistri, etiam integros nonnulli utriusque testamenti libros diligentiori explanatione discutendo: qui quamvis hominibus de specie, celestis tamen gratie sunt pane fecundi. Nam servilia cophinis solent opera fieri. Unde de populo, qui in luto quondam ac lateribus teriebant in Aegypto, dicit Psalmista: *Manus eius in cophinis servierunt.* Illi ergo homines cum vidissent quod fecerat signum, dicebant: *Quia hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum.* Rectè quidem dicebant Dominum Prophetam magnum magne salutis præconem jam mundo futurum. Nam & ipse Prophetam se vocare dignatur, ubi ait: *Quia non capis perire Prophetam extra Hierusalem.* Sed necdum plenâ fide proficiebant, qui hunc etiâ Deum dicere nesciebant. Ergo illi videntes signum, quod fecerat Jesus, dicebant: *Quia hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum.* Nos certiori cognitione veritatis & fidei videntes mundum, quem fecit Jesus, & signa quibus illum replevit, dicamus: *Quia hic est verè mediator Dei & hominum, qui implet mundum divinitate, & mundus per ipsum factus est, qui in propria venit genus humanum curare. & salvare quod perierat, ac recreare mundum quem fecerat, qui cum suis fidelibus per præsentiam divinitatis est in mundo omnibus diebus usque ad consummationem seculi, qui in consummatione seculi per humanitatem venturus est in mundum, ut reddat singulis secundum opera eorum:* Impios quidem & peccatores æternum projiciens in ignem, iustos autem in vitam introducens æternam, in qua vivit & regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen.

DOMINICA PALMARUM.

Matth. 21. Marci 11. Luc. 19. Joan. 12.

In illo tempore cum appropinquasset Jesus Hierosolymis, & venisset Bethphage ad montem Oliveti, tunc misit duos discipulos suos dicens eis: *Ite in castellum, quod contra vos est, & statim invenietis asinam alligatam & pullum cum ea, solvite & adducite mihi.* Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE

EADÉM LECTIÓNE.

**M**ediator Dei & hominum homo Christus Jesus, qui pro humani generis salute passurus, de cælo descendit ad terras, appropinquante horâ passionis appropinquare voluit loco passionis, ut etiam per hoc claresceret, quia non invitus, sed sponte pareretur. In animo venire, & a cubitis ex appellari & laudari voluit, ut etiam per hoc eruditus quisque cognosceret ipsum esse Christum, quem sic illè venturum propheta olim præmissâ signaverat. Ante quinque dies paschæ venire voluit, sicut ex Joannis Evangelio didicimus, ut etiam per hoc ostenderet se esse agnum immaculatum, qui peccata tolleret mundi. Agnus quippè paschalis, cuius immolatione populus Israël est ab Aegypcia servitute liberatus, ante quinque dies paschæ, id est, quartadecimâ lunâ ad vespertiam iustus est immolari: significans eum, qui nos suo sanguine redempturus, ante quinque dies paschæ, id est, hodierno die magno præcedentium sequentiumque populorum gaudio ac laudatione deductus, venit in templum Dei, & erat quondam docens in eo. Quintâ demum peractâ die, ubi veteris paschæ sacramenta hæcenus observata consummavit, ad novi deminceps observanda discipulis sacramenta contradidit, egressus in montem Oliveti, tentus est à Judæis, & manè crucifixus, ipsa nos die à demoniaca dominatione redemit, qua antiquus ille Hebræorum populus per immolationem agni jugum Aegypciæ servitutis abiecit. Ergo Dominus initar agni paschalis ante quinque dies, quam pati inciperet, locum passionis adiit, ut se insinaret esse illum, de quo prædixit Elaias: *Sicut ovâ ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum.* Et paulò superius: *Ipsè autem vulneratus est propter iniquitates nostras, & livore eius sanati sumus.* Sed invidiorû corda principum in cunctis, quæ pro-

vidè gessit, eum potius persequi, quàm in eum credere maluerunt, & multum miseri vitæ autorem morti potius dare, quàm per eum ipsi vivificari studebant. Verum nos perfidorum cæcitate declinatâ eorû magis exempla, qui fideliter Dominum laudavere, sequamur, & iter ejus mysticum mysticâ ut decet, interpretatione scrutemur. Anna & pullus, quibus sedens Dominus Hierosolymam venit, utriusque populi, Judæi videlicet & gentilis, simplicita corda designant, quibus ille prædicens, quæque à noxia libertate suo frenans imperio ad visionem supernæ pacis perducit: Hierosolyma etenim visio pacis interpretatur. Et benè, cum ad montem Oliveti venisset Dominus, discipulos, qui hæc animalia adducerent, misit: quia non nostris ad eum meritis, sed solâ ipsius gratiâ largiente pervenimus. Joanne attestante, qui ait: *Et in hoc charitas est, non quasi nos dileximus Deum, sed quia ipse prior dilexit nos.* Mons namque Oliveti celsitudinem dominicæ dilectionis, qua nos misericorditer illustrare ac salvare dignatus est, insinuat: non solum quia olei natura lucis ministra est, & laborum dolorumque solamen, verum etiam quia cunctis, quibus immiseretur, solet excellere liquoribus. Et Apollolus de charitate locutus: *Adhuc, inquit, excellentiorem vobis vitam demonstro.* Ad montem igitur Oliveti veniens Dominus, animos sibi, quibus Hierosolymam petat, præcepit exhiberi, figuratè significans hoc, quod alibi dicit aperte: *Quia sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam.* Duos ad exhibenda sibi jumenta misit discipulos, ut significaret in utrumque populum, circumfisionis videlicet & præputii, prædicatores esse destinandos. Vel certè duos misit, ut eosdem prædicatores doctrinâ simul & operatione perfectos esse moneret: ne vel erroris verba indocti veritati miscerent, vel ea, quæ rectè docuissent perversè vivendo negarent.

Invenit, inquit, asinam alligatam, & pullum cum ea, solvite & adducite mihi. Pullum quoque alligatum fuisse, alii Evangelista testatur. Uterque enim populus funibus peccatorum erat cui complexus, & solutione eivnâ opus habebat. Ille lege quam acceperat, malè utendo, ille nunquam accipiendo peccaverat. Unde benè dicit Apollolus: *Quia non est distinctio: omnes enim peccaverunt, & egeni gloriâ Dei, justificati per gratiam ipsius gratis.* Et pulchre alii tres Evangelista, qui gentibus scripserunt, pulli solummodo Domino adductum memorant. Matthæus autem Evangelista, qui ex Hebræis & Hebræo sermone scripsit Evangelium, etiam asinæ facit mentionem, providâ utraque dispensatione, ut quorû salutem scribendo quaesierunt, hos salvandos à Domino mysticè docerent esse figuratos.

Et si quis vobis, inquit, aliquid dixerit, dicite quia Dominus his opus habet, & non resistite ei. Et doctoribus præcipitur, ut si quid eis obstitit ad veritatem, si quis prohiberit peccatores à laqueis diaboli solvi, & per confessionem fidei Domino adduci, non tamen prædicandum desistant, sed constanter insinuent, quia Dominus ad ædificandam Ecclesiam talibus opus habet. Quamvis enim savi sit persecutor & immanis, non potest eorum obstiterè salvantem, quos novit Dominus, quia sunt ejus quos ad vitam præordinavit æternam. Adhibetur autem huic factò Propheta testimonium, ut appareat Dominum quidem in omnibus, quæ de ipso erant scripta, complèsse, sed invidiâ cæcatorum Scribas & Phariseos ea, quæ ipsi legebant, intelligere nequivisse.

Dixit filia Sion: *Ecco Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum filium subjugatis.* Filia Sion Ecclesia est fidelium, pertinet ad supernam Hierusalem, quæ est mater omnium nostrum, cuius portio tunc non minima erat in populo Israël regem habens mansuetum: quia non terrena in mitibus, sed mansuetis celestia regna dare consuevit dicens: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris.* De quibus Psalmista: *Mansueti, inquit, possidebunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.* Rex verò mansuetus manuetis, id est, humilibus corde terram pacis tribuit, quos in terra belli & tribulationum quondam rex impius, id est, diabolus, superbiâ vulnerè stravit. Sedens, inquit, super asinam,

Pf. 80

Luc. 13

1. Tim. 2  
Ioan. 1  
Matth. 18  
Matt. ult.  
Pf. 61  
Apo. 22  
Rom. 2

1. Tim. 2

Ioan. 12

Ioan. 1

Exod. 12

Esa. 53  
Ibidem.

1. Ioan. 4

1. Cor. 12

Ioan. 3

Ioan. 1  
Marc. 11  
Luc. 19  
Prov. 5  
Pf. 18  
Rom. 3

2. Tim. 2

Esa. 62  
Zach. 9  
Gal. 4

Matth. 11  
Pf. 35

Esa. 66

& pullum



Pf. 131

Rom. 6

Act. 15

Pf. 3

Apoc. 7

Ioan. 5

2. Tim. 2

& pullum filium subjugalis, quia requiescit in corde humilium & quietorum, & tremementum verba ejus, sive eorum, qui in synagoga jugum legis trahere noverunt: seu illorum, qui gentili diu libertate effrenes, ejusdem synagogæ instantia ad fidei & veritatis gratiam sunt conversi.

Adducentes autem asinam & pullum discipuli, imposuerunt super eos vestimenta sua, & Dominum desuper sedere fecerunt. Vestimenta discipulorum opera sunt justitiæ, Psalmistâ teste, qui ait: *Sacerdotes tui induantur justitiâ.* Añnos, quos nudos inveniunt discipuli, suis sternunt vestimentis, & ita desuper Dominum imponunt, cum prædicatores sancti quoslibet a sanctitatis habitu vacuos inveniunt, hosque virtutum suarum exemplis ad suscipiendam fidem & dilectionem sui conditoris imbuunt. Non enim nudam Dominus asinam, non nudum voluit ascendere pullum: quia sive Judæus, sive gentilis, nisi sanctorum fuerit dictis ornatus & actis, *Non potest Dominus habere rectorem, sed regnat potius peccatum in mortali ejus corpore ad obediendum concupiscentiis ejus.*

Plurima autem turba straverunt vestimenta sua in via. Plurima hæc turba innumerabilem Martyrum designat exercitum, qui corpora sua, animarum videlicet tegumenta pro Domino dabant, quo sequentibus electis planiorum rectè vivendi callem facerent: ne qui videlicet dubitarent ibi pedem bonæ actionis ponere in pace, ubi non paucos viderent in bello præcessisse martyrii.

Alij autem cadebant ramos de arboribus, & sternebant in via. Rami arborum dicta sunt patrum præcedentium exempla. Et quisquis in exemplum rectè credendi sive operandi quid Prophetæ, quid Apostoli, quid ceteri sancti dixerunt seu fecerunt, pandit ramos, profectò de arboribus cadit, quibus iter asini Dominum portantis complane: quia sententias de sanctorum libris excerpt, per quas simplicium Christi corda, ne in via veritatis errant, & díficit.

Turba autem, qua præcedebat & qua sequebatur, clamabant dicentes: *Hosanna filio David.* Unâ eademque confessionis & laudationis voce Dominum, qui præcedunt, & qui sequuntur, exaltant: quia una nimirum fides est eorum, qui ante incarnationem dominicam, & qui postea probati, quamvis sacramenta habuerint pro temporum ratione disparia, Petro attestante qui ait: *Sed per gratiam Domini Jesu credimus salvari, quemadmodum & illi.* Quod autem ajunt: *Hosanna filio David,* hoc est, quod in Psalmo legitur: *Domini est salus, & super populum suum benedictio tua,* hoc est, quod in magnæ devotione laudis in Apocalypsi Sanctorum chorus resonat: *Salus Deo nostro, qui sedet super thronum, & agno.*

Benedictus qui venit in nomine Domini. In nomine Domini, in nomine Dei Patris significat, quod ipse alibi Judæis non credentibus dicit: *Ego veni in nomine Patris mei, & non recepistis me: alius veniet in nomine suo, illum recipietis.* Venit enim Christus in nomine Dei Patris, quia in omnibus quæ gessit & dixit, Patrem glorificare, & glorificandum hominibus prædicare curavit. *Veniet Antichristus in nomine suo, qui cum sit homo omnium nequissimus, & diabolo comite plenus, non dedignabitur se filium Dei cognominari: adversatur enim & extollitur super omne quod dicitur Deus, aut quod colitur.* Assument autem verticulum laudis turbæ de Psalmo centesimo decimo septimo, quem de Domino canratum nemo est qui dubitet. Undè pulchre de ipso in eodè Psalmo præmittitur: *Lapidem quem reproboverunt adificantes, hic factus est in caput anguli:* quia videlicet Christus, quem reproboverunt Judæi adificantes suarum decreta traditionum, factus est in munimentum utriusque populi credentis, Judæi scilicet & gentilibus. Quod enim in Psalmo lapis angularis vocatur Christus, hoc est utique quod in Evangelio præcedentium sequentiumque collaudatur voce turbarum. Quod autem in ejusdem laudis prosecutione subjungitur, *Hosanna, i. salus sive salvifica in alioquin,* perspicue docet adventum Domini in carne, non solum humani generis in terra, sed & Angelorum in caelis esse facturam: quia dum nos redempti ad superna perducimur, eorum profectò numerus, qui fatanâ cadente erant mino-

ratus, impletur. Hic enim Paulus ait: *Instaurari omnia in Christo, quæ in caelis & quæ in terra sunt in ipso.* Rectè igitur *Hosanna in alioquin* in ejus laudem canitur, cujus tota incarnationis dispensatio pro implenda gloria patriæ celestis aderat. Proindè necesse est, fratres mei, ut ad promissam nobis patriam totâ mentis devotione tendamus, semper recordantes, quia etiam angusta est via qua ingredi-mur, beata est mansio ad quam festinamus. Felicius quippe est per asperum iter ad regnum, quam per amœnum planumque ad supplicium duci. Felicius est continentia carnis temporali gaudium perenne mereri, quam pro lascivia parvi temporis æternam luere vindictam. Elce jejuniun quadragésimale Domino auxiliante jam plurima ex parte complevimus, telis est unicuique conscientia sua: quia quantò distictius se sanctis his diebus Domino mancipasse meminit, tantò amplius gaudens sanctum dominicæ resurrectionis tempus expectat. At si quem fortè adhuc conscientia minus perfectè castigata accusat, nulli dubium quin pavidus ac tremens tantæ solennitatis prætoletur adventum. Nec tamen hic talis de salute dífida, ne aliquâ suorum numerositate vel enormitate scelerum confusus, barathrum desperatione incidat, juxta illud Salomonis: *Impius cum venerit in profundum malorum, contemnit:* sed sollicitè perpendat, quia si tempus annuæ festivitatis, qua de auctoritate nostræ resurrectione lætatur, tanto vel gaudio castus vel impurus metu & confusione afficitur, multò magis in tempore disticti examinis, quando generalis omnium resurrectio celebratur, & & jam auditâ judicis sententiâ, hos conscientia munda excusans latificat, illos noxia accusans in perpetuum damnat. Quicumque ergò, fratres dilectissimi, continentia armis accincti ab initio jam Quadragesimæ cum tentatore superbo certare ceperunt, videant cautè ne crepta deserant, priusquam hoste prostrato ministeriis donentur angelicis. Qui verò hæcenus armaturam virtutum non induit, vel hodie incipiat, hodie cum turbis illis fidelibus fidei opera advenat, imploret pietatem ejus, qui in nomine Patris adveniens benedictionem mundo attulit, & *Hosanna in alioquin* proclamans, salvari de superna in patria flagitet, *sternit vestimenta sua in via,* i. membra sui corporis humiliter in præsentia, ut exaltet ea Deus in futuro, memor illius Davidici: *quia exultabant ossa humilia.* Ramos de arboribus cadat, & sibi sternat in via: i. sanctorum scriptura sedulus ad memoriam revocet, quibus stantes ne cadant, roborant, lapsine diutius jaceant, hortantur, resurgentes ut virtutibus exerceantur, instruant, exercitati virtutibus præmia in caelis sperent, erigant: hisque gressus suæ actionis, ne in lapidem offensivum & petram scandali offendant, præmuniat, ac si etiam ipse cum cæteris fidelibus Redemptoris sui vestigia dignâ mentis puritate veneretur, quæ electis omnibus membris videlicet suis in remedium vulnerum simul & celestium gaudiorum pignus dare dignatus est Jesus Christus Dominus noster, qui vivit & regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen.

Ephes. 1

Prov. 18

Pf. 50

Esa 8. & 28. ac 1. Pet. 2

FERIA SECUNDA POST Palmatum. Joan. 12.

In illo tempore ante sex dies pascha venit Jesus Bethaniam, ubi fuerat Lazarus mortuus, quem suscitavit Jesus. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE EADEM LECTONE.

MORIS esse prudentium solet, non solum ex eis, quæ rectè apprehenderint, verum etiam ex illis, quæ aliter gesta seu dicta cognoverint, prudentiâ dicere virtutem: hæc nimirum ut imitentur sequendo, illa ne incurrant devitando. Quod nos, fratres dilectissimi, in hodierna sancti Evangelii lectione facere ratio cogit, non tantum videlicet devotionem amatorum Christi ad exemplum discere virtutis, sed perfidiam considerare, & consideratam declinare persequentium. Sequamur enim necesse est

illa.

illarum prudentiam foeminarum, quas tanta fide & dilectione Domino adhæsisse cognovimus. fugiamus insipientiam pontificum & Phariseorum, qui sapientiam Dei circumvenire insidiis & interficere quærebant; caveamus demeritiam eorum, qui sanctificandi propter Pascha Hierosolymam ascenderant, sed obli sanctificationis, in ipsa domo orationis Salvatoris necem tractabant. Imminabat Pascha, quo sanctificatum quæque ac mundum ad esam agni venire oporteret: & ipsi qui sanctificandi ad templum descenderant, sordidiores jam de conspiratione effundendi sanguinis descendeant. Curemus solerter, quia pascha nostri tempus appropiat. In illo jam veniente sanctificati ad altare Domini accedamus, non agni carnes comeluri, sed nostri Redemptoris mysteria sancta sumpturi. *Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, persciantes sanctificationem in timore Dei. Nemo domum orationis convertat in speluncam latronum: nemo membrum Christi mortis laqueos subternat, nemo manens adhuc in morte ad accipiendam vitam mysteria proferat accedere. Qui enim non diligit manere in morte. Diligamus Christum in seipso, diligamus in membris ejus: queramus Dominum & vivit anima nostra: queramus autem eum, non sicut impij ad occidendum, sed ut si deles perpetuo fruendum. Quærebant, inquit, se, sum, & colloquebantur ad invicem in templo stantes. Quid putatis quia non venit ad diem festum? Quærebant enim ludæi festum, sed malè: quærebant eum ut venientem ad diem festum interficerent. Queramus autem nos illum stantes in templo Dei, & perseverantes unanimiter in oratione, & colloquamur ad invicem psalmis, hymnis, canticis spiritualibus, in gratia postulantes ipsum, ut venire ad diem festum nostrum, & sua nos præsentia illustret, sua ipse nobis dona sanctificare dignetur.*

*Dederunt autem pontifices & pharisæi mandatum: ut si quis cognoverit ubi sit, indicet, ut apprehendant eum.* Demus & nos invicem mandatum, fratres mei, ut si quis cognoverit in cuius corde fratris uberiora sunt viscera misericordie, major humilitas, benignitas, modestia potentia, ceterarumque abundantior copia virtutum, præsentis videlicet iudicia Christi, indicet confestim ubi sit talis, ut vestigia Christi quæ apud eum sunt inventa, fideliter imitando reneamus. Sciens autem Dominus conspirasse de se occidendo Iudæos, non fuga insidiantium declinavit malos, sed certus de gloria resurrectionis primò venit Bethaniam, proximam Hierosolymis civitatem, ubi Lazarum suscitaverat à mortuis; deinde etiam Hierosolymam, ubi ipse pareretur & resurgeret a mortuis. Hierosolymam quidem, ut ipse ibi moreretur Bethaniam verò, ut suscitatio Lazari cunctorum memorie artius imprimeretur, & magis magisque confunderentur, atque inexculpabiles convincerentur impii principes, qui occidere non timerent eum, qui suscitare possit à mortuis, & nec beneficiis suscitationis provocati, nec divina suscitatis virtute perterriti, animos ab injusta cæde retraherent. Et ne dicerent machinatores calumniarum, phantasticè suscitatum fuisse Lazarum facta ibi Domino cæna, & ipse unus erat ex discumbentibus cum eo, ut dum viventem, loquentem, epulantem, cum suis familiariter conversantem videret sine audient, vel suscitantis potentiam agnoscerent, & acciperent gratiam, vel obdurato corde nolentes veritati acquiescere, incurrerent poenam. Mysticè autem cæna hæc Dominica, ubi Martha ministrabat, & Lazarus inter alios discumbebat, fides est Ecclesie quæ per dilectionem operatur; unde alibi Dominus de credituris in se populis dicit ad discipulos: *Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis.* Ex hoc exponens adjunxit: *Mens cibum est, ut faciam voluntatem ejus qui misit me, ut persiciam opus ejus.* In qua cæna Martha ministrat, cum anima quæque fidelis operam Domino suæ devotionis impendit: Lazarus verò unus fit ex discumbentibus cum Domino, cum etiam ii qui post peccatorum mortem resuscitati ad justitiam sunt, una cum eis qui in sua permansere justitia, de præsentia veritatis exultant, penitentes simul cum innocentibus cælestis gratiæ muneribus aluntur. Et bene eadem cæna in Bethania celebratur, quæ est civitas in latere montis Oliveti, & interpretatur domus

obedientiæ; Domus namque obedientiæ Ecclesia est, quæ fideliter Domini iussis obtemperat: & ipsa est civitas, quæ super montem misericordie constituta, nunquam potest abscondi, ipsa que de sui latere constructa Redemptoris, id est, aqua ablutionis & sanctificationis, quæ de ipsius latere pro se morientis exierit, imbuta est: ubi etiam altera soror Lazari Maria in magnæ indicium dilectionis accepit *libram unguenti nardi pistici pretiosi, & unxit pedes Iesu, & extersit capillis suis pedes ejus.* Quo facto non solum succedit indicium devotionis, sed & aliarum fidelium Deo animarum signat pietatis obsequium. Sed prius notandū, quod sicut narrantibus Mattheo & Marco didicimus, non solum pedes Domini Maria, sed & caput nardo perfudit. Nec dubitandum est quia, & ipsa sit mulier, quæ sicut Evangelista Lucas refert, quondam peccatrix ad Dominum cum alabastro venit unguenti, & stans retro secus pedes ejus, lacrymis capere pedes ejus & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes ejus, & unguento ungebat. Eadem ergo est mulier, sed ibi pedes solum Domini prona ungebat, & hoc inter penitentiarum lachrymas, hic autem gaudia iustæ operationis & pedes ungere, & ad caput quoque unguendum non dubitavit erigi. Ibi quippe rudimenta penitentium, hic iustitia perfectarum designat animarum; unde rectè tunc mensura unguenti non dicitur, nunc autem libra fuisse perhibetur. Quid namque per libram unguenti, nisi perfectio iustitiæ exprimitur? Tunc quale fuerit unguentum, taceatur, nunc quia nardi pistici, id est, fidelis, neque extraneis speciebus adulterati, sed pretiosi fuerit indicatur, ut perfectæ fidei & actionis quæ sit castitas, intimetur. Per caput autem Domini quod unxit Maria, sublimitas divinitatis ejus, per pedes humilitas incarnationis exprimitur. Et pedes unguimus ejus, cum mysterium susceptæ incarnationis debita laude prædicamus: caput unguimus, cum excellentiam divinitatis digna verbi opinione veneramus. Quid enim per unguentum, nisi bonus odor opinionis insinuat? Paulo attestante qui ait: *Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & odorem nostræ suæ manifestat per nos in omni loco.* Potest quoque per caput Domini mediator Dei & hominum, qui est caput Ecclesie, rectè significari: per pedes autem ultima quælibet membra ejus non inconvenienter intelligi, de quibus in fine dicitur est, *Quam diu secessu uni de his fratribus meis minimis, mihi sufficit.* Et caput unguimus Domini, cum divinitatis ejus gloriam digna fidei, spei, charitatisque dulcedine complectimur, cum laudem nominis ejus bene vivendo dilatamus. Pedes unguimus Domini, cum pauperes ejus verbo consolationis ne desperare in prestantibus debeant, resolvemus. Eisdem capillis nostris extergimus, cum de rebus quæ nobis superfluent, egenum necessitati communicamus: si que de nobis quod sequitur:

*Et domus impleta est odore unguenti.* Quæ pro modulo nostro mundus impletur ex opinione devotionis, quæ Deum & proximum simplici puroque corde venerati ac diligere probamur: si que in amoris cantico sponsa glorietur, dum esset Rex in accubitu suo, *nardus mea dedit odorem suum.* Vbi aperte quid Maria semel fecerit, typicè autem quid omnis Ecclesia, quid anima quæque perfecta semper faciat, ostenditur.

*Dixit ergo unus ex discipulis ejus Iudas Iscariotes, qui erat cum traditurus: Quare hoc unguentum non vendidit trecentis denariis, & datum est egenis? Væ impio traditori, væ complicitibus nequitie ejus, etiam nunc membra Christi persecutibus, qui famam virtutis, quam ipsi non merentur, proximis, qui hanc habent, invidere non cessant. Et quidem putare possemus Iudam curâ pauperum hæc fuisse locutum, sed prodit mentem illius testis verax, qui ait:*

*Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & oculos habens, ea quæ mittebantur, exprobat.* Non ergo tunc Iudas perit, quando pecunia corruptus Dominum prodidit, sed jam perditus Dominum sequebatur, qui oculos habens Dominicos, & ea quæ mittebantur, non solum in ejus ministerio portare, sed etiam furto exportare solebat. Videns enim Dominus cor Iudæ cupiditatis jam sordè pollutum, prævidens pejore prodicionis sordè

2. Cor. 7  
Hier. 7  
Matt. 21  
1. Ioan. 4

Psal. 68

Ephes. 5

Ioan. 4

Matt. 26  
Marc. 14  
Luc. 7

2. Cor. 2

Matt. 25

Cant. 1

potiendum, commisit eius fidei quicquid habebat in facultis, eumque de his, quæ vellet facere, permisit, ut vel colla i honoris, vel habitæ memoria pecuniæ mentem ab ipsius venditione revocaret. Verum quia semper avarus eget, neque unquam beneficiorum perfidus meminit, impius a furto pecuniæ quam portabat, pervenit ad traditionem domini quam destinabat.

*Dixit ergo Jesus: Sine illam, ut in die sepultura mea servet illud.* Quali innocenter interroganti Judæ Dominus simpliciter & manserit, quod ministerium Mariæ periret, exsoluit: quia ipse videlicet moriturus, & ad sepeliendum aromatibus esset unguendus. Ideoque Mariæ, cui ad unionem mortui corporis ejus, quamvis multum detestantur, pervenire non liceret, donatum sit viventi adhuc impendere obsequium, quod post mortem celeri resurrectione præventa nequiret. Unde bene Marcus Dominum de illa dixisse testatur: *Quod habuit, hoc fecit: prævenit ungere corpus meum in sepultura.* Quod est aperte dicere: Quia corpus meum jam defunctum tangere non poterit, solum quod nunc potuit, fecit, prævenit vivum adhuc funeri ad officio donare.

Mar. 14

*Pauperes enim semper habetis vobiscum, me autem non semper habebitis.* Et hic magna moderamine patientiæ Dominus non Judam arguit avaritiæ, & non pauperum gratia de pecunia loquitur, sed ex ratione demonstrat non esse culpandos eos, qui e inter homines conversant de facultatibus suis ministrant, cum tam parvo tempore ipse a pud Ecclesiam corporaliter mansurus, pauperes autem quibus elemosina fieri possit, in ea semper essent habendi.

*Cognovit ergo turba multa ex Judæis, quia illi esset, & venerunt non propter Jesum tantum, sed ut Lazarum viderent, qui in suis stans à mortuis.* Curiositas hos, non charitas adduxit ad Jesum, sed nos verè à vice, fratres charissimi, si cognoscimus ubi Jesus est, ubi mansionem facit, ubi Bethaniam, i. domum animæ obedientis, in qua habet, invenit, venimus illuc contemplatione, non propter hominem tantum, quem à morte animæ suscitatum spiritaliter vivere donavit: sed ut bonam hominis vitam imitando per hoc ad visionem Jesu pertingere mereamur: quia pro certo cognovimus, ubi Jesus est. Returrexit enim post mortem, & ascendit in celum, ubi habet mansionem perpetuam. Ipsa est vera Bethania, civitas scilicet cœlestis, quam nullus valet inobediens intrare. Studeamus igitur venire illuc interius cordis affectibus, suscipere illum ipsam domum illius conditore, petamus omnes, petamus linguam, ut in habitemus in domo ejus omnibus diebus vite nostræ, non ut Lazarum ubi videamus quem suscitavit à mortuis, sed ut ipsi cum Lazaro & cæteris Sanctis resuscitati à mortuis videamus voluntatē Domini, & protegatur a templo sancto ejus.

Ps. 26

*Cogitaverunt autem principes sacerdotum, ut Lazarum interficerent: quia multi propter illum abibant ex Judæis, & rediebant in Jesum.* O cæca cæcorum vertigia, occidere velle suscitatum, quasi non possit suscitare occisum, qui poterat de sanctum! Et quidem se utrumque posse docuit, qui & Lazarum defunctum, & seipsum suscitavit occisum. Sed nos, fratres, relicta malitiâ perdidicimus sequamur devotionem infidelium, abeamus ab impiorum contubernio, non sedeamus in consilio vanitatis, & cum iniqua gerantibus non intremus: credamus in eum, qui non tantum corpus, sed & animam salvat à morte, seipsumque operando quod credimus, ut credentes vitam æternam habeamus in nomine ejus, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

Ibid. 25

Joan. 3

FERIA TERTIA PALMARUM. Marc. 14. Matth. 26. Luc. 27. Joan. 18.

*Nullo tempore, erat autem pascha & azyma, & post biduum.* Et cetera.

BEDÆ PRESBYTERI DE EADEM LECTIONE.

**P**ascha, quod Hebraicè dicitur pasche, non à passione, ut plerique arbitrantur, sed à tantum nominatur, eò quod exterminator videns sanguinem in foribus Israëli-

Exod. 12

earum pertranferit, nec percussit eos, vel ipse Dominus præbens auxilium populo suo desuper ambulavit. Et cuius sacramentum vocabuli sublimis exponens Evangelista Joannes ait: *Ante diem autem festum pascha, sicut Jesus quia venit hora ejus, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem.* Ubi manifestè declarat, idè solennitatis hujus diem per legem mysticè transire esse vocatum, quòd agnus Dei, qui peccata mundi tolleret, in eo de hoc mundo sive ipse transiret, sive nos salubri transitu quasi de Ægyptia esset servitute ducturus. hoc sanè juxta veteris testamenti scripturam inter pascha & azyma distat, quòd pascha ipse solus dies appellatur, in quo agnus occidebatur ad vespèram, hoc est, quartadecimà lunà primi mensis. Quintadecimà autem lunà, quando egressus est de Ægypto, succedebat festivitas azymorum, quæ septem diebus, id est, usque ad vigesimum primum diem ejusdem mensis, ad vespèram extatuta solennitas. Verum Evangelista indifferenter & diem azymorum pro pascha, & pro diebus azymorum pascha ponere solet. Dicit enim Marcus: *Erat autem pascha & azyma post biduum.* dicit Lucas: *Dies festus azymorum, qui dicitur pascha, nem Joannes: Cum primo azymorum die, id est, quintadecimà lunà res ageretur, ait: Et ipsi non intraverunt in prætorium, ut non contaminarentur, sed manducarent pascha.* Quod idè fecerit, quia & pascha dies in azymis panibus est celebrari præceptus, & nos quasi pascha perpetuum facientes, semper ex hoc mundo transire præcipimur. Uno quippè die agno immolata ad vespèram, septem ex ordine dies sequuntur azymorum: *Quia Christus Jesus semel pro nobis in plenitudine temporum passus, in carnis per totum nobis hujus seculi tempus, quod septem diebus agit, in azymis sinceritatis & veritatis præcepit esse vivendum, omnique semper nisi nos debidera terrena, quasi Ægypti tetinacula fugere, & velut à mundana convèrtia lege secretam solitudinem iter admonet subire vitium.*

Joan. 13

Exod. 12

Mar. 14

Luc. 22

Joan. 18

1. Cor. 5

*Et querabant summi sacerdotes & scribae, quomodo eum dolerent & occiderent. Dicebant autem: Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo.* Qui debuerant pasche vicino parare victimas, levigare templi parietes, pavimenta vertere, vasa mundare, & secundum ritum legis purificari, ut elu agni digni fierent, congregantur ineunte consilium, quomodo occidant Dominum, non timentes seditionem, ut simplex sermo demonstrat, sed caventes, ne auxilio populi de suis manibus tolleretur.

*Et cum esset Bethania in domo Simonis leprosi, & res umbretes.* Paulus pro omni mundo, & universas nationes suo sanguine redempturus, moratur in Bethania in domo obedientiæ, quæ quondam fuit Simonis leprosi: non quòd leprosus illo tempore manserit, sed quia antè leprosus, postea à Salvatore mundatus est, nomine pristino permanente, ut virtus curantis appareat. Nam & in catalogo Apostolorum cum pristino vitio & officio Matthæus publicanus appellatur, qui certè publicanus esse delierat. Quidam Simonem leprosum volunt intelligere partem populi, quæ crediderit Domino, & ab eo curata sit. Simon quoque obediens dicitur.

Matth. 10

*Veni mulier habens alabastrum unguentis nardi spicati pretiosi, & fraxit alabastrum effudit super caput ejus.* Mulier ista Maria erat Magdalene, soror Lazari, quem suscitavit Jesus à mortuis, ut Joannes aperte commemorat, qui hoc etiam factum ante sex dies pasche testatur, pridè quam abno sedens, cum palmis & laude turbatum Hierosolymam veniret. Ipsa est autem non alia, quæ quondam, ut Lucas scribit, peccatrix adhuc veniens, pedes Domini lachrymis penitentia rigavit, & unguento pie confessionis imbut: & quia multum dilexit, multum veniam à pio Judæ promeruit. Nunc verò iustificata, & familiaris effecta Domino non tantum pedes ejus, ut idem Joannes narrat, verum etiam caput, ut Mattheus Marci quoque perhibent, oleo sancto perfudit. Est autem alabastrum genus marmoris candidi, varisque maculis interdicti, quod ad vasa unguentaria cavari solet, eò quòd optimè servare ea incorrupta dicatur.

Joan. 12

Luc. 7

Joan. 12

Matth. 25

Mar. 14

Nascitur circa Thebas Ægyptias, & Damascum Sy-



ria cæteris candidius, probatissimum verò in India: nardus verò est frutex aromatica, gravi, ut ajunt, & crassa radice, sed brevi ac nigra fragilique, quamvis pinguisimum redolente, aut cypressum, alpero sapore, folio parvo densoque, cujus cacumina in aristas se spargunt. Idedque geminâ dote pigmentarii nardi spicas ac tolia celebrant. Et hoc est quod ait Marcus: *Vnguenti nardi spicati preciosi, quia videlicet unguentum illud, quod attulit Maria Domino, non solum de rãtice confectum nardi, verum etiam quò pretiosius esset, spicarum quoque & foliorum ejus adjectione odoris ac virtutis illius erat accumulata gratia.* Ferunt autem de nardo Phylologi, quod principalis sit in unguentis: undè merito unctio capis & pedum Domini oblata est. Sunt quidem multa ejus genera, sed omnia herbæ, præter Indicum, quod pretiosius est. Myrti cè autem devotio hæc Mariæ Domino ministrantis, fidè ac pietatem designat Ecclesiæ sanctæ, quæ loquitur in amoris Cantico, dicens: *Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.* Quæ oimium verba, & semel juxta literam manibus Mariæ complevit, & quotidie in omnibus suis membris spiritaliter implere non desinit, quæ toto diffusa orbe gloriantur & dicunt: *Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & odorem nostris sua manifestat per nos in omni loco: quia Christi bonus odor sumus Deo.* Quæ cum potentiam divinæ virtutis ejus, quæ illi una cum Patre est, dignâ reverentiâ consideret, laudat & prædicat, caput profectò illius unguento perfundit pretioso. Cùm verò assumptæ mysteria humanitatis æquè dignâ reverentiâ suscipit, in pedes utique Domini unguentum nardi pisticum id est, fidele ac verum perfundit: quia illam ejus naturam, qua terram contingere, hoc est, inter homines conversari dignatus est, piâ predicatione commendat, ac devotis veneratur obsequiis.

Cant. 1

2. Cor. 2

Ioan. 12

*Erant autem quidam indignè ferentes intra semetipsos, & dicebant: Vt quid perditio ista unguenti facta est? Poterat enim unguentum istud venditari plus quàm trecentis denariis, & dari pauperibus.* Marcus quoque hæc, quomodo & Mattheus, synecdochicè loquitur, pluralem videl. numerum pro singulari ponens. Nam Ioannes distinctè us loquens, iudam hæc locutum esse testatur. Et hoc gratiâ cupiditatis, eò quod fur fuisset, & loculos habens, ea quæ mittebantur, portaret. Potest etiam intelligi, quòd & alii discipuli aut tenerint hoc, aut dixerint, aut eis iudâ dicente persuasum sit, atque omnium voluntatem Mattheus & Marcus etiam verbis expresserint: sed iudas propterea dixerit, quia fur erat, cæteri verò propter pauperum curam, Ioannem autem de solo illo commemorare voluisse, cujus ex hac occasione furandi consuetudinem credidit intinmandam, quod verò sequitur:

*Et fremebant in eam.* Nequaquam de bonis ac diligentibus Christum Apollolis dictum crediderim, sed de illo potius sub numero plurali, qui nec Domino, nec discipulis ejus fideliter adhaesit, neque pauperum curam habuisse probatus est.

*Iesus autem dixit: Sinisse illam, quid illi molesti est? bonum opus operata est in me. Semper enim pauperes habetis vobiscum, & cùm volueritis, potestis illis benefacere: me autem non semper habebitis.* Alia oboritur quaestio, quare Iesus post resurrectionem dixerit ad discipulos: *Eccie ego vobiscum sum usque ad consummationem mundi, & nunc oquitur: Me autem non semper habebitis.* Sed mihi videtur in hoc loco de præsentia dicere corporali, quia nequaquam cum eis ita futurus sit post resurrectionem, quomodo nunc in omni convectu & familiaritate, cujus rei memor Apostolus ait: *Esti novè annus Iesum Christum secundum carnem, sed nunc jam non novimus eum.*

Matt. 23

2. Cor. 5

*Quod habuit, hæc fecit: prævenit ungere corpus meum in sepulturam.* Quod vos putatis perditionem esse unguenti, officium sepulturæ est. Nec mirum si mihi bonum odorem suæ fidei dederit, cùm ego pro ea futurus sim sanguinem meum.

*Amen dico vobis: Vbiunque prædicatum fuerit Evangelium istud in universum mundum, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriam ejus.* Attende notitiam futurorum, quòd passurus post dies paucos sciat Evangelium suum toto orbe cele-

brandum. Notandum autem, quòd sicut Maria gloriâ adæpta est toto orbe, quòcunque Ecclesia sancta diffusa est, de obsequio quod Domino piæ devotionis exhibuit: ita è contrario ille, qui obsequio ejus detrahere temerariâ linguâ non timuit, perfidiâ notâ longè latèque infamatus, & Deo simul atque hominibus meritò factus est exosus. Sed Dominus bonum laude dignâ remunerans, futuras impii contumelias tacendo præterit.

*Et Iudas Iscariotes, unus de duodecim, abiit ad summos sacerdotes, ut proderet eum illi.* Infelix Iudas damnum, quod ex effusione unguenti se fecisse crederat, vult magistri pretio compensare: nec certam jam postulat summam, ut saltem lucrosa videretur proditio, sed quasi vile tradens mancipium, in potestate eminentium posuit, quantum vellent dare. Quòd autem dixit: *Abiit ad summos sacerdotes, ut proderet eum illi,* ostendit eum non à principibus invitatum, non ullâ necessitate constrictum, sed sponte propriâ sceleratæ mentis consilium.

*Qui audientes gavisi sunt, & promiserunt ei pecuniam se duros. Et querebat quomodo illum opportune traderet.* Multi hodie Iudæ scelus, quòd Dominum ac magistrum Deumque suum pecuniâ vendiderit, velut immane & nefarium exhorrent, nec tamen cavent. Nam cùm pro muneribus falsum contra quemlibet testimonium dicunt, profectò quia veritatem pro pecuniâ negant, Deam pecuniâ vendunt. Ipse enim dixit: *Ego sum veritas.* cùm societatem fraternitatis aliquâ discordiâ peste commaculant, Dominum produnt, quia *Deus charitas est.* Qui ergò charitatis & veritatis iussa spernunt, Deum utique, qui est charitas & veritas, produnt, maxime cùm non infirmitate vel ignorantia peccant, sed in similitudinem Iudæ quarunt opportunitatem, qualiter arbitris absentibus mendacio veritatem, virtutem crimine mutant.

Ioan. 14

1. Ioan. 4

Exod. 12

1. Cor. 5

*Et primo die azymorum, quando pascha immolabant, dicunt ei discipuli: Quòd vis comam, & paremus tibi comedere pascha?* Primum diem azymorum, quartumdecimum primæ mensis appellat, quando fermento abjecto pascha immolare, agnum occidere solebant ad vesperam. Quod exponens Apostolus ait: *Etenim pascha nostrum immolatum est Christus.* Qui licet die sequenti, hoc est, quintadecima sic luna crucifixus, hæc tamen nocte, qua agnus immolabatur, & carnis sanguinisque sui discipulis tradidit mysteria celebranda, & à Iudæis tentus ac ligatus ipseus immolationis, hoc est, passionis suæ sacravit exordium.

*Et misit duos ex discipulis suis, & dicit eis: Ite in civitatem, & occurret vobis homo lagenam aquæ bajulans.* Indicium quidem præteritæ divinitatis est, quia cum discipulis loquens, quid alibi futurum sit, novit. Pulchrè autem paratur pascha discipulis, homo lagenam, sive, juxta alium Evangelistam, amphoram aquæ bajulans occurrit, ut ostendatur, huius paschæ mysterium pro ablutione perfecta mundi totius esse celebrandum. Aqua quippè lavacrum gratiæ, lagena fragilitatem designat eorum, per quos eadem erat gratia mundo ministranda. Undè ajunt: *Habemus autem thesaurum istum in vasculis fictilibus.* Parant ergò pascha discipuli, ubi aquæ infertur lagena, ut adesse tempus influent, quo cultoribus veri paschæ typicus de lime ac postibus cruor auferatur, & ad tollenda mundi crimina vivifici fontis baptismâ consecreret.

Luc. 22

2. Cor. 4

*Sequitur enim eum, & quocunque introierit, dicite Domino dominus, quia magister dicit: Vbi est refectio mea, ubi pascha cum discipulis meis manducem?* Consultè tam aquæ bajuli, quàm Domini domus sunt prætermissa vocabula, ut omnibus verum pascha celebrare volentibus, hoc est, Christi Sacramentis imbui, eumque suæ mentis hospitio suscipere querentibus facultas danda signetur.

*Et ipse vobis demonstrabit cenaculum grande stratum, & ibi parate nobis, &c.* Cenaculum magnum lex spiritalis est, quæ de angustis literæ egrediens, in sublimi loco recipit salvatorem. Nam qui adhuc occidentem literam servaverit, qui non aliud in agno quàm pecus intellexerit, iste nimirum minus pascha facit, quia majestatem spiritus in verbis Dei comprehendere necdum didicit. Atqui qui aquæ bajulum, hoc est, gratiæ præconem, in domum Ec-

271

clefia fuerit secutus, hic per spiritum illustantem superficiem literæ transcendo in alto mentis solaris Christo refectione præparat: quia cuncta vel pascha sacramenta, vel cetera legis decreta, ejus esse sacramenta cognoscit.

Vespere autem facto venit cum duodecim: & discumbentibus eis & manducantibus ait Iesus: Amen dico vobis, quia unus ex vobis me tradet, qui manducat mecum. Qui de passione prædixerat, & de proditore prædicit, dans locum poenitentia, ut cum intellexisset sciri cogitationes suas & occulta consilia, poeniteret eum facti sui. Et tamen non designat specialiter, ne manifeste coargutus impudentior fieret. Mittit crimen in numero, ut agat conscius poenitentiam.

At illi caperunt consilium & dicere ei singulatum: Nunquid ego? Et certè noverant undecim A postoli, quod nihil tale contra Dominum cogitarent, sed plus credunt magistro, quam sibi, & timentes fragilitatem suam tristes interrogabant de peccato, cujus conscientiam non habebant.

Qui ait illis: Vnus ex duodecim, qui intingit mecum manum in catino. Omnia Domini potentia! primum dixerat: Unus ex vobis me tradet, perseverat proditor in malo, manifestus arguit, & tamen nomen propriè non designat. Iudas cæteris contumacitatis & retrahentibus manum, & interdicentibus cibos ori suo, temeritate & impudentia, qua magistrum proditorus erat, etiam manum cum magistro mittit in catinum, ut audacia bonam conscientiam mentiretur.

Pf. 40

Rom. 3

Et filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de eo: Vna autem homini illi, per quem filius hominis traditur. Nec primò, nec secundo correptus, à prodicione trahit pedem, sed patientia Domini nutrit impudentiam suam, & thesaurizat sibi iram in die iræ. Poenam prædicit, ut quem pudor non vicerat, corrigant denunciata supplicia. Sed & hodie quoque, & in sempiternum vix illi homini, qui ad mensam Domini malignus accedit, qui infidiis mente conditis, qui præcordiis aliquo scelere pollutus mysteriorum Christi oblationibus sanctis participare non metuit. Et ille enim in exemplum Judæ filium hominis tradit, non quidem Judæis peccatoribus, sed tamen peccatoribus membris videlicet suis, quibus illud inestimabile & inviolabile Dominici corporis ac sanguinis sacramentum temerare præsumit. Ille Deum vendit, qui ejus timore atque amore neglecto, terrena pro illo & caduca, imò etiam criminosa diligere & curare convincitur.

Bonus esset ei, si non esset natus homo ille. Non ideo putandus est ante fuisse quam nasceretur, quia nulli possit esse bene, nisi ei qui fuerit: sed simpliciter dictum est, multò melius esse non subistere, quam male subistere.

Et manducantibus illis accepit Iesus panem, & benedicens fregit, & dedit eis, & ait: Sumite, hoc est corpus meum. Finitis pasche veteris solemnitas, quæ in commemorationem antiquæ de Egypto liberationis populi Dei agebantur, transtulit ad novum, quod in suæ redemptionis memoriam frequentare volebat: ut videlicet pro carne agni ac sanguine sui corporis sanguisque sacramentum substrueret, ipsumque se esse monstraret. Cui juravit Dominus, & non perirebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Frangit autem ipse panem, quem discipulis porrigit, ut ostendat corporis sui fractionem non absque sua sponte ac procuracione venturam: sed, sicut alibi dicit, potestatem se habere ponendi animam suam, & potestatem se habere iterum sumendi eam. Quem videlicet panem certi quoque gratia sacramenti, priusquam frangeret, benedixit, quia naturam humanam, quam passurus assumptus, ipse unà cum Patre & Spiritu sancto gratia divinæ virtutis implevit. Benedixit panem & fregit, quia hominem assumptum ita morti subdere dignatus est, ut ei divinæ immortalitatis veraciter inesse potentiam demonstraret, ideòque velocius eum à morte resuscitandum esse doceret.

Pf. 109

Ioan. 10

Et accepto calice gratias agens, dedit eis, & biberunt ex illo omnes. Cum appropinquare passioni dicitur, accepto pane gratias egisse perhibetur. Gratias itaque agit, qui flagella alienæ iniquitatis suscipit: & qui nihil dignum percussione exhibuit, humiliter in percussione benedicit: ut hinc videlicet ostendat, quod unusquisque in flagello culpæ

propriæ facere debeat, si se æquanimiter flagella culpæ portat alienæ: ut hic ostendat, quid in correptione faciat subditus, si in flagello positus. Patri gratias agit æqualis.

Et ait illi: Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro multitudine effundetur. Quia panis corpus confirmat, vinum verò sanguinem operatur in carne: hic ad corpus Christi mysticum, illud refertur ad sanguinem. Verum quia & nos in Christo, & in nobis Christum manere oportet, vino dominici calicis aqua miscetur: attestante enim Joanne, aquæ populi sunt. Et neque aquam solam, neque solum vinum, sicut nec granum frumenti solum sine aquæ admixtione & confectio, in panem cuiuspiam licet offerre, ne talis videlicet, oblatio Christi caput à membris secernendum esse significet, & vel Christum sine nostræ redemptionis amore pati potuisse, vel nos sine illius passione salvari, ac Patri offerri posse confingat. Quod autem dicit: Hic est sanguis meus novi testamenti, ad distinctionem respicit veteris testamenti, quod hircorum & vitulorum est sanguine dedicatum, dicente inter aspergendum legislatore: Hic est sanguis testamenti, quod mandavit ad vos Deus. Necessè est enim exemplaria quidem vivorum his mundari, ipsa autem celestia melioribus hostiis, quam istis, juxta quod Apostolus per totam ad Hebræos epistolam, inter legem distinguens & Evangelium, pulcherrimè expositione ac plenaria ratione declarat.

Amen dico vobis, quod jam non bibam de genimine vitis, usque in diem illum, cum illud bibam novum in regno Dei. Vitem sive vineam Domini appellatam esse synagogam, & omnis sparsim Scriptura, & apertius testatur Elaias in cantico de illo cantato: Vineam, inquit, Domini sabbath, domus Israel est, de qua nimirum vinea Dominus multo tempore bibebat, quamvis pluribus ramis in amaritudinem vitis alienæ converfis: quia tamen multis in illa plebe exorbitantibus à recto fidei itinere, non desuere plurimi toto legis tempore, quorum piis cogitationibus summi que virtutibus delectaretur Deus. Verum passo in carne Domino, ac resurgente à mortuis, tempus fuit ut legalis illa & figuralis observatio cessaret, atque ea, quæ secundum litteram gerebantur, in spiritalem translata sensum, melius in novo testamento juvante sancti Spiritus gratia tenerentur. Iturus ergo ad passionem Dominus ait: Jam non bibam de genimine vitis, usque in diem illum, cum illud bibam novum in regno Dei, ac si aperte dicat: Non ultra carnalibus synagoga ceremoniis delectabor, in quibus etiam ista paschalis agni sacra locum tenuere præcipuum. Ad erit enim tempus meæ resurrectionis, adeo dies ille, cum ipse in regno Dei positus, i. gloriæ vitæ immortalis sublimatus, de salute ejusdem populi potius gratia spiritualis regenerati novo vobiscum gaudio perfundat.

Et hymno dicto exierunt in montem olivarum. Hoc est quod in Psalmo legitur: Edent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt Dominum qui requirunt eum. Potest autem hymnus etiam ille intelligi, quem Dominus, secundum Joannem, Patri gratias agens decantabat, in quo & pro seipso, & pro discipulis, & pro eis, qui per verba eorum credituri erant, elevatis sursum oculis precabatur. Et pulchre discipulos sacramentis sui corporis ac sanguinis imbutos, & hymno pie intercessionis Patri commendatos in montem educit olivarum: ut typicè designet nos per acceptio-nem sacramentorum suorum, per que opem suam intercessionis ad altiora virtutum dona, & charismata sancti Spiritus, quibus in corde perungamur, consendere debere.

Et ait eis Iesus: Omnes Omnes scandalizabimini in nocte ista. Prædicit quod passuri sunt, ut cum passi fuerint, non desperent salutem, sed agentes poenitentiam liberentur. Et signanter addidit: In nocte ista scandalizabimini: quia quomodo inebriantur, nocte inebriantur: sic & qui scandalum patiuntur, in nocte & in tenebris sustinent. Nos vero dicamus: Nox præterijt, dies autem appropinquavit.

Quia scriptum est: Percussit pastorem, & dispergens ovem. Hoc alii verbis in Zacharia Propheta scriptum est, & nisi fallor, ex persona Prophetæ ad Deum dicitur: Percussit pastorem, & dispergens ovem. Sexagesimo quoque octavo Psalmo, qui totus à Domino canitur, huic sensui congruen-

Apoc. 17

Levit. 16

Exod. 24

Hebr. 9

Esa. 5

Psal. 21

Ioan. 17

1. Thess. 5

Rom. 13

Zach. 13

te: Quoniam tu percussisti, ipsi percussis sunt. Percutitur autem pastor bonus, ut ponat animam suam pro ovibus suis, & de multis gregibus errorum fiat unus grex & unus pastor.

Petrus autem ait ei: *Esse omnes scandalizati fuerint, sed non ego.* Non est temeritas nec mendacium, sed fides est Apostoli Petri, & ardens affectus erga Dominum Salvatorem.

Et ait illi Iesus: *Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac priusquam bis gallus vocem dederit, ter me es negaturus.* Et Petrus de ardore fidei promittebat, & Salvator quali Deus futura noverat. Et nota quod Petrus in nocte neget, & neget tertio. Postquam autem gallus cecinit, & de rescentibus tenebris vicina lux nuntiata est, conversus, slevit amare, ternæ negationis fordes lacrymis lavans. Non est sanè arbitrandam, esse contrarium quod Marco dicente, *Priusquam gallus bis vocem dederit, ter me es negaturus*, ceteri Evangelistæ simpliciter dixerunt, *Priusquam gallus caneret, ter me negabis*. Tota enim Petri negatio trina negatio est. In eadem namque permansit negatione animi propositoque mendacio, donec admonitus quid ei prædictum sit, amaro fletu & cordis dolore sanaretur. Hæc autem tota, i.

trina negatio si post primum gallicantum inciperet, falsum dixisse viderentur tres, qui dixerunt dixisse Dominum: quia antequam gallus cantaret, ter eum Petrus esset negaturus. Rursus si totam trinam negationem antè peregerit, quam cantare gallus inciperet, superfluum dixisse Marcus reprehenderetur ex persona Domini: *Amen dico tibi, quia tu in nocte hac, priusquam gallus bis vocem dederit, ter me negaturus es.* Sed quia ante primum galli cantum cœpta est illa trina negatio, attendendum illi tres non quando eam completurus esset Petrus, sed quanta futura esset, quando doque cœptura, i. quæ trina ante gallicantum, quantum in animo ejus, & ante primum gallicantum tota possit intelligi. Quamvis enim verbis negantis ante primum cœpta, ante secundum autem gallicantum perfecta sit tota illa trina negatio, tamen affectione animi & timore Petri ante primum tota concepta est. Nec interese quantis morarum intervallis trinæ voce nuntiata sit, cum cor ejus etiam ante primum gallicantum totam possideret, tam magna scilicet formidine imbibita, ut posset Dominum non solum semel, sed iterum & tertio interrogatus negare, ut rectius diligenterque attendentibus, quomodo jam *maximè est mulierem in corde suo, qui eam viderit ad concupiscendum*: sic Petrus quando cunque verbis dederit timorem, quem tam vehementem animo conceperat, ut perdurare posset usque ad tertiam Domini negationem, tota trina negatio ei temporari deputanda est, quando eum trina negationi sufficiens timor invadit.

Et venturi in prædium, cui nomen Gethsemani. J. Monstratur usque hodie locus Gethsemani, in quo Dominus oravit ad radices montis Oliveti, nunc Ecclesia deturperata & edificata. Interpretatur autem Gethsemani, vallis pinguium sive pinguedinum. Quod verò non solum dicta vel opera nostri Salvatoris, verum etiam loca & tempora, in quibus operatur & loquitur, mysticis (ut sæpe dictum est) sunt plena figuris, cum in monte orat Dominus, quasi tacite nos admonet, sublimia tantum orando inquiri, & pro celestibus bonis supplicari debere. At cum in valle orat, & hoc in valle pinguium sive pinguedinis, ipsius aquæ insinuat nobis humilitatem semper in orationibus, & internæ pinguedine dilectionis esse servandam: ne quis videlicet orans Deum, jactare sua merita in exemplum Pharisæi superbientis audeat: quin potius humili voce ac mente proclamet: *Deum propitius esto mihi peccatori*: ne aridum à dilectione proximi cor gestans, ad placandam sibi conditoris gratiam genu flectat, juxta eum, qui centum denarios tracti, quos sibi debebat, dimittere nolens, decem millia talenta sibi à Domino frustra precabatur remitti: ne jejunum ab amore conditoris pectus habens, temporalia quælibet potius in oratione, quam ejus visionem requirat, adnumerandus in eis, de quibus ait ipse: *Quia receperunt mercedem suam*. In imo quippe cogitationem ponere, quid est aliud, quam quædam ariditas mentis? Qui autem intellectu celestium jam per sancta desideria de supernis intimæ delectationis cibo pascuntur, quasi

largiori alimento pinguescunt. Hac enim pinguedine saginari Psalmita conceperat, cum dicebat: *Sicut adipe & pinguedine repletur anima mea*. Quantum verò ad ipsam dominicæ passionis dispensationem pertinet, aptè approprians morti Dominus in valle pinguedinis oravit: quia per vallem humilitatis, & pinguedinem charitatis pro nobis mortem subiit. *Humiliavit enim semetipsum, factus obediens Patri usque ad mortem*. Et majorem hac dilectione nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.

Et assumit Petrum, & Iacobum, & Joannem scicum, & cepit pavere & cadere. Et ait illi: *Tristis est anima mea usque ad mortem*. Timet Christus: cum Petrus non timeat, Christus timet. Petrus dicit: *Animam meam pro te ponam*; Christus dicit: *Animam meam turbatur*. Utrunque verum est, & plenum utrunque ratione. Quia & ille qui est inferior, non timet; & ille qui est superior, gerit timentis affectum. Ille enim quasi homo, vim mortis ignorat: ille autem quasi Deus in corpore constitutus, fragilitatem carnis exponit, ut eorum, qui sacramentum incarnationis abjurant, excluderetur impietas. Denique & hoc dixit, & Manichæus non credit, Valentinus negavit, Marcion phantasma judicavit. Eo autem usque hominem, quem veritate corporis demonstrabat, æquabat affectu, ut diceret: *Sed tamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis*. Suscepit ergo voluntatem meam, suscepit tristitiam meam. Confidenter tristitiam nomino, quia crucem prædico. Mea est voluntas quam suam dixit: quia ut homo suscepit tristitiam meam, ut homo locutus est. Et tunc ait: *Non sicut ego volo, sed sicut tu vis*. Mea est tristitia, quam nemo suscepit affectu. Ergo pro me doluit, qui pro se nihil habuit quod doleret. Et sequestrata delectatione divinitatis æternæ ratio mea in firmitatis afficitur. *Tristis est*, inquit, *anima mea usque ad mortem*. Non propter mortem tristis est Dominus, quia etiam conditio corporalis affectus, non formido mortis offendit. Nam qui corpus suscepit, omnia debuit subire quæ corporis sunt, ut esuriret, sitiret, angeretur, contristeretur. Divinitas autem commutari per hos nescit affectus.

Sustinete hic & vigilate. Et cum processisset paululum, proccidit super terram. J. Quod præcipit: *Sustinete hic & vigilate*, non à somno prohibet, cujus tempus non erat imminente discrimine; sed à somno infidelitatis, & corpore mentis. Dato autem eis præcepto ut sustinerent vigilarentque secum, paululum procedens tuit in faciem suam, & humilitatem mentis habitu carnis ostendit.

Et orabat, ut si fieri posset, transiret ab eo hora, & dixit: *Abba Pater: omnia tibi possibilia sunt, transfer calicem hunc à me*. J. Quid erat illa vox, nisi sonus infirmitatis nostræ? Multi adhuc infirmi contristantur futuræ mortis, sed habeant rectum cor, vident mortem quantum possunt: sed si non possunt, dicant, quod ipse Dominus non propter se, sed propter nos dixit. Quid n. dixit? *Pater, si fieri posset, transfer à me calicem iste*. Ecce habes voluntatem humanam expressam. Unde jam rectum cor: *Sed non quod ego volo, sed quod tu. Non veni, inquit, facere voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me*. Suam voluntatem dixit, quam temporaliter sumpit ex Virgine: voluntatem verò ejus, qui eum misit, eum videlicet signans, quam intemporaliter æternus habuit cum Patre communem. Orat transire calicem, ut ostendat verè quod & homo erat. Remittens autè & propter quod missus est, perficit dispensationem, ad quam missus est, & clamat: *Sed non quod ego volo, sed quod tu*. Si moritur mors non moriente, secundum carnem videlicet, transeat, ait, calix iste. Verum quia non alter hoc fiet, ait: *Non quod ego volo, sed quod tu*. Quod autem Patrem invocans, duplici nomine dicit *Abba Pater*, utriusque populi illum, & Judæi Galilæi, & gentilis, Deum esse ac Salvatorem ostendit. Idem namque *Abba*, quod & *pater* significat: sed *Abba* Hebræum, *pater* Græcè est & Latinum. Ut ergo utrunque populum in eum crediturum, ab utroque eum invocandum esse doceret, utriusque linguâ eum primus ipse invocavit. *Ipse est enim bonus pastor, qui animam dando pro ovibus suis, unum de duobus gregibus ovile perficit*. Ideoque utriusque voce auxilium Patris flagitat, ut nos utriusque exemplo illius informati, ubi adversa imminere sentierimus,

Ps. 62

Philip. 2  
Ioan. 15

Ioan. 6

Ioan. 10

Matt. 5

Luc. 18

Matt. 18

Matt. 6

nos Patrem Deum, Hebraei Abba invocantes, una fidei & charitatis devotione praedictum caeleste queramus. Unde doctor egregius formam docendi a Domino sumens, ita suos allocuitur auditores: *Accipistis spiritum ad operationem filiorum, in quo clamamus Abba pater.* Abba nimirum illi, qui de Israelitico populo, nos pater, qui de gentibus ad fidem Christi venimus.

Rom. 8  
Galat. 4

*Et veniens invenit eos dormientes, & ait Petro: Simon dormis? Non potuisti una hora vigilare? Ille qui supra dixerat: Etiam omne, scandalizati fuerint, ego nunquam scandalizabor, nunc trinitatis magnitudine somnum vincere non potest.*

*Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem.* Impossibile est humanam animam non tentari. Unde & in oratione Dominica dicimus: *Et ne nos inducas in tentationem,* quam ferre non possumus, non tentationem penitus refutantes, sed vires sustinendi in tentationibus deprecantes. Ergo & in praesentiarum non ait: *Vigilate & orate ne sentemini,* sed *ne intretis in tentationem:* hoc est, ne tentatio vos superet ultima, & intra suos calles teneat. Verbi gratia: Martyr, qui pro confessione Domini sanguinem fudit, tentatus quidem est, sed tentationis reus non est ligatus: qui autem negat, in plagas tentationis incurrit.

Matth. 6

*Spiritus quidem promptus est, caro vero infirma.* Hoc ad verum temerarios dictum est, qui quicquid crediderint, putant se posse consequi. Itaque quantum de ardore mentis confidimus, tantum de carnis fragilitate timeamus: sed tamen juxta Apollolum *spiritu carnis opera mortificemus.* Facit hic locum, & ad verum Eutyrianos, qui dicunt unam in mediatore Dei & hominum Domino ac Salvatore nostro operationem, unam fuisse voluntatem. Cum enim dicit: *Spiritus quidem promptus est, caro vero infirma,* duas voluntates ostendit, humanam videlicet, quae est carnis; & divinam, quae est spiritus. Ubi humana quidem propter infirmitatem carnis recusat passionem, divina autem ejus est promptissima. Quoniam formidare quidem in passione humanae fragilitatis est, suscipere autem dispensationem passionis, divinae voluntatis atque virtutis est.

Rom. 8

*Et iterum abiens oravit, eundem sermone dicens. Et reversus, deinde invenit eos dormientes.* Solus orat pro omnibus, licet & solus patitur pro universis. Languescabant autem & opprimebantur Apostolorum oculi negatione vicina.

*Et venit tertio, & ait illis: Dormite jam & requiescite. Sufficit, venit hora, ecce iradetur filius hominis in manus peccatorum.* Cum dixisset: *Dormite jam & requiescite,* & adjungeret *Sufficit,* ac deinde inferret, *Venit hora, ecce iradetur filius hominis* &c. utique; intelligitur post illud, quod eis dictum est, *Dormite & requiescite,* filium Dominum aliquantulum, ut hoc fieret quod promiserat, & tunc intulisse, *Ecce appropinquat hora, sive venit hora.* Ideo post illa verba positum est, *Sufficit,* id est, quod requievestis, jam sufficit. Sed quia commemorata ipsa non est interpositio silentii Domini, propterea coarctat intellectum, ut in illis verbis alia pronuntiatio requiratur.

*Surgite, camus, ecce qui me tradet, prope est.* Postquam tertio oraverat, & Apostolorum timorem sequente poenitentia impetraverat corrigendum, securus de passione sua pergit ad persecutores, & ultro se interficiendum praebet, dicitque discipulis: *Surgite, camus, ecce qui me tradet, prope est.* Non nos inveniant quasi imentes & retrahentes, ultro pergamus ad mortem, ut confidentiam & gaudii passuri videant.

*Dederat autem traditor ejus signum suum, dicens: Quae cumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum, & ducite eum.* Et cum venisset, statim accedens ad eum ait: *Ave Rabbi.* Et osculatus est eum. Impudens quidem & scelerata confidentia, magistrum vocare, & osculum ei ingerere quem tradebat. Tamen adhuc aliquid habet de verecundia discipuli, cum non eum palam tradidit persecutoribus, sed per signum osculi. Suscepit autem Dominus osculum traditoris, non quo simulare nos doceat, sed ne proditorem fugere videatur, simul & illud Davidicum complens: *Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus.*

Pf. 119

*Vnus autem quidem de circumstantibus educens gladium, percussit servum summum sacerdotum, & amputavit illi auriculam.* Petrus hoc fecit, ut Joannes Evangelista declarat, eodem

Joan. 18

nimirum mentis ardo e, quo caetera fecerat. Sciebat enim quomodo Phinees puniendo sacrilego mercedem justitiae & sacerdotii perennis acceperat. Lucas autem addit, quod Dominus tangens auriculam servi sanaverat eum. Nunquam ergo pietatis cura obliviscitur Dominus, qui etiam hostes suos non pariter vulnerari. Illi iusto mortem inferunt, ipse persecutorum vulnera sanat: mystice docens etiam eos, qui in sua mortis confessione vulnus animae contraxerant, si fructum poenitentiae facerent dignum, salutem posse mereri.

Nam. 25

Luc. 22

*Respondens Jesus ait illis: Tanquam ad latronem exiisti cum gladiis & lignis comprehendere me: quotidie eram apud vos in templo docens, & non me tenuistis.* Stultum est, inquit, eum cum gladiis & fustibus querere, qui ultro se vestris tradat manibus, & in nocte quasi latitantem, & vestros oculos declinantem per proditorem investigare, qui quotidie in templo doceat. Sed ideo ad verum me in tenebris congregamini, quia potestas vestra in tenebris est.

*Tunc discipuli ejus relinquentes eum, omnes fugerunt.* Impletur sermo Domini, quem dixerat, quia non a iudicibus scandalizarentur in illo in ipsa nocte. Nam etiam turbam permitte ad petitionem Domini fugerunt, ut Joannes scribit: pavorem tamen ac timiditatem suam mentis ostendebant, quod ad magis praedictum promptiores, quam ad fiduciam patendi cum Christo extiterant.

Joan. 18

*Adolescens autem quidam sequebatur eum, amictus sindone super nudo, & tenuerunt eum.* At ille relicta sindone nudus profugit ab eis. Quod ait, *Amictus sindone super nudo,* subauditur corpore, id est, corpore super nudo, quia non aliud indumentum, quam solum habebat sindonem. Quis autem fuerit iste adolescens, Evangelista non dicit. Quisquis vero fuit, majorem in se quam in caeteris amorem Domini permanisse comprobat, qui illis jam fugientibus, ipse donec ab hostibus comprehenderetur, vinculo charitatis affectus eum profectus non omisit: quamvis necdum perfectam habuerit charitatem, quia a comitatu Salvatoris vel entus profugere potuit. Quia licet perfecta charitas foras mittit timorem, ita timor mentem oblidens, imperfectam arguit charitatem. Sed notandum solertius, quod de hoc adolescente scribens Evangelista non ait: *Qua fugit a comitatu Domini; vel, Fugit a sequendo Dominum: sed, Rejeda,* inquit, sindone nudus profugit ab eis. Fugit enim ab hostibus, quorum & praesentiam detestabatur, & facta: non fugit a Domino Salvatore ac magistro suo, cujus amoris etiam corpore abens fixum in corde servavit. Neque aliquid veteri intelligi Joannem hunc fuisse adolescentem, dilectum praeter ceteris magistro discipulum. Nam & illum eo tempore fuisse adolescentem, longa post haec in carne vita indicio est. Potuit enim fieri, ut ad horam tenentium manibus elapsus, mox resumpro indumento redierit, & sub dubia noctis luce seie turbis ducentium Jesum, quali unus de ipsis imitauerit, donec ad atrium pontificis, cui erat notus, perveniret, juxta quod in suo ipse Evangelio commemorat: Sic autem Petrus, qui culpa negationis poenitentia lachrymis abuit, & confessione dominici amoris funditus extirpavit, recuperationem ostendit eorum, qui in martyrio labuntur: ita caeteri discipuli, qui articulum comprehensioni fugiendo praevenerant, cautelam fugiendi docent eos, qui se minus idoneos ad toleranda supplicia sentiunt: quibus tutius est multo praedia latebrarum petere, quam se discrimini certaminum exponere. Ita etiam iste adolescens, qui relicta sindone nudus profugit ab impiis, illorum & opus designat, & animum: qui ut securiores ab incuribus hostium fiant, quicquid in hoc mundo possidere videntur, abjiciunt, ac nudi potius Domino famulari, quam adhaerendo mundi rebus materiam tentandi, atque a Deo revocandi adversariis dare didicerunt. Juxta exemplum B. Joseph, qui relicto in manibus adhaerere pallio foras exiit, malens Deo nudus, quam indutus cupiditatis mundi meretrici servire.

Joan. 4

Joan. 18

*Et adduxerunt Jesum ad summum sacerdotem.* Summi Sacerdotis Caiphim significat, qui (sicut Evangelista Joannes scribit) *erat pontifex anni illius,* de quo consentanea te-

Gen. 39

Libro 19  
Antiqui-  
tatum ca.  
4.

flatur Josephus, quia pontificatum sibi absque merito dignitatis emerit à principe Romano. Non ergo mirum est si iniquus Pontifex iniquè iudicatur.

*Petrus autem à longè secutus est eum usque in atrium summi sacerdotii.* Merito à longè sequebatur, qui jam proximè erat negaturus. Neque enim negare posset, si Christo proximus adhæsisset. Verum in hoc maxima nobis est admiratione venerandus, quia Dominum non reliquit etiam cum timeret. Quod enim timeret, natura est: quod sequitur, devotionis: quod negat, obreptionis: quod poenitet, fidei. Aliter, Quod ad passionem eundem Dominum à longè sequitur Petrus, significabat Ecclesiam securam quidem, hoc est, imitaturam passionem Domini, sed longè differenter, Ecclesia enim pro se patitur, ac ille pro Ecclesia.

Luc. 12  
Osa 7  
Act. 2

*Et sedebat cum ministris, & calcificabat se ad ignem.* Est dilectionis ignis, est cupiditatis: de hoc dicitur, *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi ut ardeat:* De illo autem: *Omnes adulterantes velut strabus corda eorum.* Ille super credentes in cenaculo Sion descendens, variis linguis eos Deum laudare docuit: ille in atrio Caiphæ instinctu maligni spiritus accensus, ad negandum ac blasphemandum Dominum noxias perfidorum linguas armabat. Quod enim intus in domo principis sacerdotum synodus maligna gerebat, hoc ignis in atrio foris inter scigora notis materialiter accensus typicè præmonstrabat. Quicumque ergo vitiosum noxiuque in se extinguit incendium, potest dicere cum Propheta Domino: *Quia factus sum sicut uer in pruina, justificationes tuas non sum oblitus.* In quibuscumque autem flammam charitatis turbida vitiorum flumina obruerunt, audiunt à Domino: *Quoniam abundavit iniquitas, refrigescit charitas multorum.* Quo frigore torpens ad horam Apostolus Petrus, quasi prunis ministrorum Caiphæ calefieri cupiebat, quia temporalis commodi solatium perfidorum societate quærebat. Sed non mora, respectu à Domino cum ignem pravorum corpore, tum infidelitatem in corde reliquit: ac post resurrectionem Domini sancto igni recreatus, funditus excessum trinxit negationis, trina dilectionis confessione purgavit. Tunc etenim completa illa memorabili piscium captura, cum venisset ad Dominum cum condiscipulis suis, prunas positas, & pitcem superpositam, & panem mox videns, sui cordis arcana prunis inflammavit amoris.

Pf. 118

Matt. 14

Ioan. 12

Ioan. 2

*Et quidam surgentes falsum testimonium ferbant adversus eum dicentes: Quoniam nos audivimus eum dicentem, ego dissolvam templum hoc manu factum, & post triduum aliud non manu factum aedificabo.* Quomodo falsi testes sunt, si ea dicunt quæ Dominum dixisse legitur? Sed falsus testis est, qui non eodem sensu dicta intelligit quo dicuntur. Dominus enim dixerat de templo corporis sui, sed & in ipsis verbis calumniatur, & paucis additis vel mutatis quasi iustam calumniam faciunt. Salvator dixerat, *Solvissis templum hoc:* Illi commutant, & ajunt, *Ego dissolvam templum hoc manu factum.* Vos, inquit, solvite, non ego: quia illicitum est ut ipsi nobis inferant mortem. Deinde illi vertunt, *Et post triduum aliud non manu factum aedificabo,* ut propriè de templo Iudaico dixisse videatur. Dominus autem ut ostenderet animal vivum & spirans templum dixerat, *Et ego in triduo suscitabo illud.* Aliud est ædificare, aliud suscitare.

*Et exurgens summus sacerdos in medium, interrogavit Iesum dicens: Non respondes quicquam ad ea, quæ tibi obijciuntur ab his? Ille autem tacebat, & nihil respondit.* Ira præceps & impatiens non inveniens calumnie locum executi de solio Pontificem, ut insaniam mentis motu corporis demonstraret. Quanto plus Iesus tacebat ad indignos responsione sua falsos testes & sacerdotes impios, tanto magis Pontifex furore superatus eum ad respondendum provocat, ut ex qualibet occasione sermonis locum inveniatur accusandi. Nihilominus Iesus tacet: sciebat enim quasi Deus, quicquid respondisset torquendum ad calumniam.

*Rursum summus sacerdos interrogabat eum, & dicit ei: Tu es Christus filius Dei benedictus? Iesus autem dixit illi: Ego sum.*

In Matthæo scriptum est, quod interroganti & adjuvanti se Pontifici si esset Christus, respondit: *Tu dixisti.* Pro quo Marcus posuit, *Ego sum:* ut videlicet ostenderet tantum valere quod ei dicit Iesus, *Tu dixisti,* quantum si diceret, *Ego sum.*

*Et videbitis filium hominù à dextris sedentem virtutis, & venientem cum nubibus cali.* Si ergo tibi in Christo à ludæe, Pagane & hæretice, contemptus, infirmitas & crux contumelia est, vide quia per hæc filius hominis ad dexteram Dei patris sessurus, & ex partu virginis homo natus in sua cum cœli nubibus est majestate venturus. Unde & Apostolus cum crucis abjecta descripsisset dicens, *quod humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis,* adiunxit atque ait: *propter quod & Deus illum exaltavit, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen, us in nomine Iesu omne genua stentur caelestium, terrarum & infernorum, & omni lingua confiteatur, quia Iesus Christus in gloria est Dei Patris.*

Matt. 26

Philip. 2

Act. 14

Act. 12

Esai. 50

Exod. 34

Ioan. 5

2. Cor. 3

I. Pet. 4

*Summus autem sacerdos scindens vestimenta sua ait: Quid adhuc desideramus testes? Audistis blasphemiam.* Quem de solio sacerdotali furor excusserat, eadem rabies ad scindendas vestes provocat. Scindit vestimenta sua, ut ostendat ludæos sacerdotalem gloriam perdidisse, & vacuum sedem habere pontificis. Sed & consuetudinis Iudaicæ est, cum aliquid blasphemie, & quasi contra Deum audierint, scindere vestimenta sua, quod Paulum quoque & Barnabam, quando in Lycaonia deorum cultu honorabantur, fecisse legitur: Herodes autem quia non dedit honorem Deo, sed acquievit immoderato favori populi, ita ab angelo percussus est. Altior autem mysterio factum est, ut in passione Domini Pontifex Iudæorum sua ipse vestimenta disciderit, cum tunica Domini nec ab ipsis, qui eum crucifixerunt, militibus scindi potuerit. Figurabatur enim, quod sacerdotium Iudæorum pro sceleribus ipsorum pontificum esset scindendum, & à sua statu integritatis omnimodis solvendum: soliditas verò sanctæ universalis Ecclesiæ, quæ vestis sui redemptoris solet appellari, nunquam valeat dirumpi: quin potius etiam Iudæi, si gentiles, si hæretici, si mali catholici humilitatem Domini Salvatoris contempnant, ejus tamen usque ad consummationem seculi in illis, quos fors electionis invenit, inviolata sit permanens altitas.

*Et ceperunt quidam conspuere eum, & velare faciem ejus, & colaphis eum cadere, & dicere ei: Prophetiza. Et ministri alapi eum cadebant.* Impleta est hoc loco prophetia, quæ ait: *Dedi maxillas meas alapis, & faciem meam non averti à consusione spurcorum.* Sed qui tunc cæcus est colaphis five alapis Iudæorum, cædit etiam nunc blasphemis falsorum Christianorum: qui tunc consputus est salivis infidelium, nunc usque velans nomine tenus fidelium exhoratur atque irritatur opprobriis. Velaverunt autem faciem ejus, non ut eorum ille scelera non videat, sed ut à se ipsi, sicut quondam Moyse fecerunt, gratiam cognitionis ejus abcondant: *si enim crederent Moyse, crederent forsitan & Domino.* Quod velamentum usque hodie manet super cor eorum non revelatum: nobis autem in Christum credentibus ablatum est. Neque enim frustra eo moriente velum templi scissum est medium, & ea quæ toto legis tempore latuerant, & abscondita carnali Israel fuerant, novi testamenti cultoribus sunt patefacta sancta sanctorum arcana. Quod verò dicitur ei, *Propheta: & iuxta alios Evangelistas, Prophetiza quis est, qui te percussit,* quasi in contumeliam faciunt ejus, qui se à populis prophetam voluerit haberi. Sed ipso dispensante, quæ patitur omnia pro nobis fiunt, ut sic Petrus hortatur Christo in carne passio nos eadem cogitatione at memur, atque ad toleranda pro nomine ejus irrisum opprobria præparemur.

*Et cum esset Petrus in atrio deorsum, venit una ex ancillis summi sacerdotis, & cum vidisset Petrum calcificantem se, aspiciens illum, ait: Er tu cum Iesu Nazareno eras? At ille negavit, dicens: Neque scio, neque novi quid dicas.* Quid sibi vult, quod prima eum prodit ancilla, curæ viri utique magis eum potuerint





recognoscere nisi ut & ille sexus peccasse in necē Domini videretur, & iste sexus redimeretur per Domini passionem. Et ideo mulier resurrectionis accipit prima mylterium, & mandata custodit, ut veterem pravationis aboleret errorem.

Et exivit foras ante atrium, & gallus cantavit. De hoc galli cantu ceteri Evangelistæ tacent, non tamen factum esse negant: sicut & multa alia alii silentio prætereunt, quæ alii narrant.

Rursus autem cum vidisset illum ancilla, cepit dicere circumstantibus: Quia hic ex illis est. As ille iterum negavit. Non hæc eadem, quæ prius accusabat, ancilla esse credenda est. Dicit namque Matthæus apertissime: Excunte illo januam, vidit eum alia, & ait: Hic quæritur ibi, Sec. In hac autem negatione Petri discimus, non solum abnegari Christum ab eo qui dicit eum non esse Christum, sed ab illo etiam qui cum sit, negat se esse Christianum. Dominus autem non ait Petro, discipulum meum te negabis: sed, *Me negabis*. Negavit ergo ipsum, cum se negavit ejus esse discipulum.

Et post pusillum rursus qui astabant, dicebant Petro: Verè tu ex illis es. Nam & Galilæus es. Non quod alia lingua Galilæi, quam Hierosolymitæ loquerentur, qui utriq; fuerunt Hebræi: sed quod unaquaq; provincia & regio suas habeat proprietates, ac vernaculum loquendi sonum vitare non possit. Vnde in actibus Apostolorum cum ij quibus Spiritus sanctus infederat, omnium gentium linguis loquerentur, inter alios qui de diversis mundi plagis advenierant, etiam illi qui habitabant Iudæam dixisse referuntur: Nonne ecce omnes isti qui loquuntur, Galilæi sunt? Et quomodo nos audivimus unusquisque linguam nostram in qua nati sumus? Et Petrus fratribus loquens in Hierusalem, Et notum, inquit, factum est omnibus habitantibus in Hierusalem, ita ut appellaretur ager ille lingua eorum Acheldemach. Quare lingua eorum, nisi quia idem nomen aliter illi, hoc est, Hierosolymitæ, aliter sonabant Galilæi?

Ille autem cepit anathematizare, & jurare, quia nescio hominem istum, quem dicitis. Et statim iterum gallus cantavit. Solet scriptura sacramentum causarum per statum designare temporum. Vnde Petrus qui media nocte negavit, ad galli cantum penituit. Qui etiam post resurrectionem Domini diurna sub luce illum quem tertio negaverat, tertio æque se amare professus est. Quia nimirum quod in tenebris oblivionis erravit, & speratæ jam lucis rememoratione subxit, & ejusdem veræ lucis adepta præsentia plenè totum, quicquid mutaverat, etexit. Hunc opinor, gallum aliquem doctorum intelligendum, qui nos jacentes excitans, & somnolentos increpans dicit: *Evigilate iusti, & nolite peccare.*

Et recordatus est Petrus verbi quod dixerat ei Iesus: Priusquam gallus cantet bis, te me negabis, & cepit flere. Quam nociva pravorum colloquia? Petrus ipse inter infideles vel hominem se nosse negavit, quem inter condiscipulos jam Dei filium fuerat confessus. Sed nec in atrio Caiphæ potentus poterat agere penitentiam. Egre dicitur foras, ut alii narrant Evangelistæ, quatenus ab impiorum concilio secretis, sordes pavidiæ negationis liberis fletibus abluat.

Et confestim concilium facientes manè summi sacerdotes cum senioribus & scribis, & universo concilio, vincientes Iesum duxerunt, & tradiderunt Pilato. Non solum ad Pilatum, sed etiam ad Herodem ductus est, ut uterque Domino illuderet. Et cerne sollicitudinè sacerdotum in malo. Tota nocte vigilaverunt, ut homicidium facerent, & vincitum tradiderunt Pilato. Habebant enim hunc morè, ut quem adjudicassent morti, ligatum judici traderent. Attamen notandum, quod non tunc primum ligaverunt eum, sed mox comprehensam nocte in hortu, ut Ioannes declarat, ligaverunt, & sic adduxerunt eum ad Annam primum.

Et interrogavit eum Pilatus: Tu es Rex Iudæorum? Pilato nihil aliud criminis interrogante, nisi utrum Rex Iudæorum sit, arguuntur impieratis Iudæi, quod ne falso quidem invenire porterint, quod objicerent Salvatorei.

At ille respondens, ait illi: Tu dicis. Sic respondit, ut & verum diceret, & sermo ejus calumniæ non pateret. Et attende quod Pilato, qui invitatus ferebat sententiam, ali-

qua in parte responderit: sacerdotibus autem & principibus respondere noluerit, indignosque suo sermone iudicavit.

Pilatus autem rursus interrogavit eum, dicens: Non respondes quicquam: vide in quantis te accusant. Iesus autem amplius nihil respondit. Ethnicus quidem est qui condemnat Iesum, sed causam refert in populum Iudæorum, Vide in quantis te accusant, Iesus autem nihil respondere voluit, ne crimen diluens, dimitteretur præfide, & crucis utilitas differretur.

Pontifices autem concitaverunt turbam, ut magis Barrabam dimitteret eis. Hæret Iudæis usque hodie sua petitio, quam tanto labore impetrarunt. Quod enim data sibi optione pro Iesu latronem, pro Salvatore interfectorem, pro datore vitæ elegerunt ademptorem, merito salutem perdidit, & vitam: & latrocinii lege ad feditionibus in tantum subdiderunt, ut & patriam regemque suam, quod plus Christo amare, perdidit, & hætenus eam quam vendidit, five animæ sive corporis libertatem recipere non metuerint.

Pilatus autem iterum respondens, ait illis: Quid ergo vultis ut faciam regi Iudæorum? At illi iterum clamaverunt: Crucifige eum. Pilatus verò dicebat eis: Quid enim mali fecit? Multas liberandi Salvatorem Pilatus occasiones dedit. Primum latronem iusto conferens, deinde inferens: Quid ergo vultis ut faciam regi Iudæorum? Cumque responderent, Crucifigatur: non statim acquievit, sed juxta suggestionem uxoris, quæ mandaverit ei, ut Matthæus scribit, Nihil tibi & iusto illi, ipse quoque respondens, Quid enim ait, mali fecit, hoc dicendo Pilatus absolvit Iesum.

At illi magis clamabant: Crucifige eum. Ut impleretur quod in vigeſimo primo Psalmo dixerat, *Circumdederunt me canes multi, congregatio malignantium obsedit me: & illud Hieremiæ, Facta est mihi hæreditas mea sicut leo in sylva, dederunt super me vocem suam.* Et alia quoque in hac sententia congruente, et expectavi ut facerent iudicium: fecerunt autem iniquitatem & non iustitiam, sed clamorem.

Pilatus autem volens populo satisfacere, dimisit illi Barrabam, & tradidit Iesum flagellatum, ut crucifigeretur. Iesus autem flagellatus non ab alio, quam ab ipso Pilato intelligendus est. Scribit namque apertè Ioannes, *Clamaverunt rursus omnes dicentes: Non hunc, sed Barrabam.* Erat autem Barrabas latro. Tunc ergo apprehensus Pilatus Iesum, & flagellavit. Ac deinde subiungit: *Et milites plecētes coronam de spinis, imposuerunt capiti ejus, & cætera.* Quod quidem ideo fecisse, atque ideo credendus est militibus eum illudentem tradidisse, ut iustitiam & opprobriis ejus Iudæis mortem ejus ultra sicie desisterent. Hoc autem factum est, ut quia scriptum erat, *Multa flagella peccatorum, illo flagellato nos è verberibus liberemur,* dicente scriptura: *Flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.*

Milites autem duxerunt eum in atrium pratorij, & convocant eorum cohortem, & induunt eum purpura, & imponunt ei plecētes spineam coronam, & ceperunt salutare eum: *Aus Rex Iudæorum.* Milites quidem, quod Rex Iudæorum fuerat appellatus, & hoc ei scribæ & sacerdotes crimen objecerant: quod sibi in populo Israelitico usurparet imperium, illudentes hoc faciunt, ut nudatum pristinis vestibus induant purpura, qua reges veteres utebantur, & pro diademate imponant ei coronam spineam, pro cepto regali dent calamum, ut Matthæus scribit, & adorent quâsi regem. Nos autem omnia hæc intelligamus mysticè. Quomodo enim Caiphæ dixit, *Oportet unum hominem mori pro omnibus, nescies quid diceret: sic & isti quodcunque fecerunt, licet alia mente fecerint, tamen nobis qui credimus, sacramenta tribuebant.* Notandum autem quod pro eo quod Marcus ait, *Et induunt eum purpura: Matthæus ita posuit, Et exuentes eum chlamydem coccineam circumdederunt ei.* Vbi intelligitur quod Matthæus ait, *Chlamydem coccineam circumdederunt ei,* hoc Marcus dixisse, *Induunt purpura.* Pro regia enim purpura chlamys illa coccinea ab illudentibus adhibita erat, & est rubra quædam purpura, cocco simillima. Potest etiam fieri, ut purpuram etiam Marcus commemoraverit, quàm chlamys habebat.

Act. 2.

Act. 1.

Ioan. 21.

2. Cor. 15.

Matt. 26.

Marc. 14.

Luca 22.

Matt. 27.

Hier. 32.

Esaia 1.

Ioan. 19.

Psal. 31.

Psal. 90.

Matt. 27.

Ioan. 11.

Marc. 15.

Matt. 27.

quamvis

quamvis esset cocinea. Mystice ergo in purpura qua indutus est Dominus, ipsa ejus caro quam passionibus objecit, insinuatur: de qua premissa dixerat prophetia, *Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua quasi calcantium in torculari?* In corona vero, quam portabat, spinea nostrorum susceptio peccatorum, pro qua mortalis fieri dignatus est, ostenditur: juxta quod precursor ipsius testimonium ei perhibens, ait: *Ecco agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Namque spinas in significatione peccatorum poni solere testatur ipse Dominus, qui protoplasto in peccatum prolapsus dicebat: *Terra tua spinas & tribulos germinabit tibi.* quod est aperte dicere: *Conscientia tua punctiones tibi & aculeos visitorum procreare non desistet.* Quod vero juxta Evangelium Luca Dominus apud Herodem alba veste induitur, in ceteris vero Evangelistis à militibus Pilati sub cocineo five purpureo habitu illutus esse perhibetur: collata utraque narratione in uno innocentia & castitas assumptæ humanitatis, in altero autem veritas passionis per quam ad gloriam regni immortalis esse perventurus, exprimitur. Sicut enim purpura colorem sanguinis, qui pro nobis affusus est, imitatur: ita & habitus regni quod post passionem intravit, nobis querendum patefecit, insinuat. Verum quia dixit Apostolus, *Quotquot enim in Christo baptizati estis, Christum induistis:* & Esaias Domino de electis omnibus, *Hic, inquit, velut ornamento vestieris:* potest in hoc utroque Domini habitu inimicorum quidem sententia probro, sed ipsius Domini electione gloriosissimo omnibus electorum ejus multitudo, quæ in martyris venerandos, & ceteram fidelium plebem distinguit, aptissime designari. Alba etenim veste induitur, cum munda iustorum confessione circumdatur: purpura five cocco vestitur, cum in triumpho victoriorum martyrum gloriatur.

*Et percutiebant caput ejus arundine, & conspuerant eum, & ponentes genua adorabant eum.* Hæc tunc facere milites Pilati, hæc usque hodie faciunt hæretici & pagani, milites utique diaboli. Quia enim caput Christi Deus, caput ejus percutiunt, qui eum Deum esse verum denegant. Et quia per arundinem scriptura solet confici, quæ arundine caput Christi ferunt, qui divinitati illius contradicentes, errorem suum confirmare autoritate sacræ scripturæ conantur. Spuunt in faciem ejus, qui ejus præsentiam gratia verbis execrandis exinterz cæcæ mentis insaniam conceptis respiciunt, & Iesum Christum in carne venisse denegant. Et quidem milites eum quasi qui Deum se ipse falso dixisset illudentes, adorabant: sed sunt hodie, quod est gravioris vesaniæ, qui eum certa fide ut Deum verum adorant, sed per veris actibus mox verba ejus quasi fabulosa despiciunt, ac p. omnia regni illius temporalibus illecebris longè postponunt.

*Et adducunt illum, ut crucifigerent eum.* Et angariaverunt prætereuntem quampiam Simonem Cyrenæum venientem de villa, patrem Alexandri & Rufi, ut tolleret crucem ejus. Magnæ tunc opinionis fuisse Simon iste videtur, cum filii quoque ejus quasi jam noti omnibus designentur ex nomine. Sed cavendum, ne cui videatur contrarium, quod Ioannes scribit ipsum Dominum sibi crucem portasse: ceteri vero Evangelistæ hunc Simonem Cyrenæum eam bajulasse referunt. Primò namque à Domino portata, ac de inde Simonem, quem exeuntes fortè obvium habuerunt, portanda impolita est. Et hoc congruo factis ordine mysterii. Quia nimirum ipse passus est pro nobis, relinquens nobis exemplum, ut sequamur vestigia ejus. Et quia Simon iste non Hierosolymita, Cyrenæus esse perhibetur (Cyrene enim Libyæ civitas est, ut in actibus Apostolorum legimus) rectè per eum populi gentium designantur, qui quondam peregrini & hospites testamentorum, nunc obediendo cives sunt & domestici Dei. Et sicut alibi dicitur, *Hæredes quidem Dei, coheredes autem Christi.* Unde aptè Simon obediens, Cyreneus esse interpretatur. Nec prætereundum, quod idem Simon de villa venisse referunt. Villa enim Græcè pagus dicitur. Vnde paganos appellamus eos, quos à civitate Dei alienos, & quasi urba-

næ conversationis videmus esse expertes. Sed de pago Simon egrediens, crucem portat post Iesum, cum populus nationum paganis ritibus derelictis, vestigia Dominicæ passionis obedienter amplectitur.

*Et adducunt illum in Golgotha locum, quod est interpretatum, calvaria locus.* Extra urbis portam loca sunt, in quibus truncantur capita damnatorum, & calvaria, id est, decollatorum sumptere nomen. Propterea autem ibi crucifixus est Dominus, ut ubi prius erat area damnatorum, erigerentur vexilla martyrii: & quomodo pro nobis maledictum crucis factus est, & flagellatus, & crucifixus, sic pro omnium salute quasi noxius inter noxios crucifigitur.

*Et dabant ei bibere myrrhatum vinum, & non accepit.* Deus loquitur ad Hierusalem: *Ego te plantavi vineam meam veram, quomodo facta es in amaritudinem vitis aliena? Amara vitis amarum vinum fecit, quod propinat Domino Iesu, ut impleatur quod scriptum est: Dederunt in cibum meum fel, & in sitim mea potaverunt me aseto.* Quod autem dicitur, *Et non accepit,* vel secundum Matthæum, *Cum gustasset, noluit bibere:* hoc indicat, quod gustaverit quidem pro nobis mortis amaritudinem, sed tertia die resurrexerit. Quod enim ait Marcus, *Non accepit,* intelligitur, non accepit ut biberet. Gustavit autem, sicut Matthæus testis est, ut quid idem Matthæus ait, *Noluit bibere,* hoc Marcus dixerit, *Non accepit:* tacuerit autem quod gustaverit. Sed & hoc quid ait Marcus, *Myrrhatum vinum,* intelligendum est Matthæum dixisse *cum felle mixtum.* Fel quippe pro amaritudine posuit, & myrrhatum enim vinum amarissimum est: quanquam fieri possit, ut & felle & myrrha vinum amarissimum redderet.

*Et crucifigentes eum, diviserunt vestimenta ejus, mittentes sortem super eum, quæ quid tolleret.* Hæc Ioannes Evangelista plenius exponit, quod scilicet milites cætera in quatuor partes juxta suum numerum dividentes, de tunica quæ inconsutilis erat desuper contexta per totum sortem miserint. Quadrupartita autem vestis Domini quadrupartitam ejus figuravit Ecclesiam, toto scilicet orbe, qui quatuor partibus constat, terrarum diffusam, & omnibus eisdem partibus æqualiter, id est, concorditer distributam. Tunica verò illa sortita omnium partium significat unitatem, quæ charitatis vinculo continetur. *Si enim charitas juxta Apostolum, & supereminentiorem habet viam, & supereminet scientia, & super omnia præcepta est,* meritò vestis qua significatur desuper contexta perhibetur. In forte autem quid nisi gratia Dei commendata est? Sic quippe in uno ad omnes pervenit, cum fors omnibus placuit, quia & Dei gratia in unitate ad omnes pervenit. Et cum fors mittitur, non personæ cuiuscunq; vel meritis, sed occulto Dei judicio ceditur. Et quia, sicut dicit Apostolus, *Verus homo noster simul affixus est cruci cum illo, ut evacuetur corpus peccati, ut ul: rã non serviamus peccato, quamdiu id agunt opera nostra, ut evacuetur corpus peccati:* & quamdiu exterior homo corrumpitur, ut interior renovetur de die in diem, tempus est crucis. Hæc sunt etiam bona opera quidem, tamen adhuc laboriosa, quorum merces requies est. Sed idè dicitur, *Spe gaudentes, ut requiem futuram cum hilaritate in laboribus operemur.* Hanc hilaritatem significat crucis latitudo in transversò ligno, ubi figuntur manus. Per manus enim opera intelligimus, per latitudinem hilaritatem operantis, quia tristitia facit angustias, per altitudinem autem, cui caput adjungitur, expectatio retributionis de sublimi iustitia Dei, qui reddet unicuique secundum opera sua, his quidem secundum tolerantiam boni operis gloriam & honorem, & incorruptionem querentibus vitam æternam. Itaque etiam longitudo, qua totum corpus extenditur, ipsam tolerantiam significat, unde longanimes dicuntur qui tolerant. Profundum autem quod terræ infixum est, secretum sacramenti præfiguratur. Recordaris nili failor, quòd verba Apostoli in ista designatione crucis expediantur, ubi ait, *In charitate radicati & fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo, altitudo & profundum.*

*Erant autem hora tertia, & crucifixerunt eum.* Sunt qui arbitrentur hora quidè tertia Dominum crucifixum, à sexta

Esai. 63

Ioan. 1

Genes. 3

Luca 23

Galat. 3

Esai. 49

Cor. 11

Ioan. 19

Matt. 27

Marc. 15

Luc. 23

1. Pet. 2

Actor. 2

Ephes. 2

Rom. 8

Galat. 3

Hier. 2

Esai. 5

Psal. 58

Matt. 27

Iacob. 19

Ephes. 3

Rom. 7

2. Cor. 4

Rom. 12

Matt. 16

Ephes. 3

autem

Ioan. 19

autem hora tenebras factas usque ad nonam, ut consumpta intelligantur tres horæ, ex quo crucifixus est, usque ad tenebras factas. Et posset quidem hoc rectissime intelligi nisi Ioannes diceret *hora quasi sexta Pilatum sedisse pro tribunali in loco qui dicitur Lithostrotos*. Hebraicè autem Gabbatha. Sequitur enim Parascève paschæ hora quasi sexta, & dicit Iudæis: *Ecce Rex vester, &c.* Si ergo hora quasi sexta Pilato sedente pro tribunali, traditus est crucifigendus Iudæis, quomodo hora tertia crucifixus est, sicut verba Marci non intelligentes quidam putaverunt? Iam certè dixerat Marcus, *Crucifigentes eum dividerunt vestimenta ejus*. Si ergo ejus rei gestæ tempus voluit commemorare, sufficeret dicere, *Erant autem hora tertia*: ut quid adiunxit, *Et cruce ipsæ erant eum*? nisi quia voluit aliquid recapitulando significare, quod quaeritum inveniretur, cum scriptura ipsa illis temporibus legeretur, quibus universæ Ecclesiæ notum erat, quæ hora Dominus ligno suspensus est: unde posset huius vel error corrigi, vel mendacium refutari. Sed quia sciebat à militibus Dominum crucifixum, non à Iudæis, occultè ostendere voluit eos magis crucifixisse, qui clamaverunt ut crucifigeretur, quàm illos qui ministerium principi suo secundum suum officium præbuerunt. Intelligitur ergo fuisse hora tertia, cum clamaverunt Iudæi, ut Dominus crucifigeretur. Et veracissimè demonstratur, tunc eos crucifixisse quando clamaverunt, maxime quia volebant videri se hoc fecisse, & propterea eum Pilato tradiderant, quod eorū verba satis indicant secundum Ioannem. Quod ergo maxime videri fecisse volebant, hoc eos hora tertia fecisse Marcus ostendit: verissime indicans magis fuisse Domini necatricem linguam Iudæorum, quam militum manus.

Psal. 2

*Et erat titulus cause ejus inscriptus, Rex Iudæorum.* Titulus positus supra crucem ejus, in quo scriptum erat, Rex Iudæorum, illud ostendit, quod nec occidendo efficere poterunt, ut eum regem non haberent, qui eis manifestissima & eminentissima potestate secundum sua opera redditorus est. Vnde in Psalmo canitur: *Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus*. Quia aptè etiam quoniam Rex simul & Pontifex est, cum eximiam patri suæ carnis hostiā in altari crucis offerret: regis quoque qua prædictus erat, dignitatem titulo præterdit, ut cunctis legere hoc est audire & credere voleantibus inhiuaret, quod per crucis patibulum non perdidit suum, sed confirmari potius & corroborari imperium.

1. Cor. 13

*Et cum eo crucifigunt duos latrones: unum à dextris, & alium à sinistris ejus.* Latrones qui cum Domino sunt hinc inde crucifixi, significant eos qui sub fide & confessione Christi vel agonè martyrii, vel quolibet continentia arctioris instituta subeunt. Sed quicunque hæc pro æterna solum cœlestique gloria gerunt, hi profecto dextri latronis merito ac fide designantur: qui sive humanæ laudis intuitu seu quolibet minus digna intentione in mundo abrenuntiant non immeritò blasphematoris ac sinistri latronis mentè imitantur & actus. De quolibet dicit Apostolus, *Si tradidero corpus meum ut ardeam, si didero omnes facultates meas in cibos pauperum, si alia plura aut pietatis opera facere, aut dona gratis spiritus alii accepisse videar, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest*. Beati autem, qui sua propter Dominum & propter Evangelium relinquunt: beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam quoniam iporum est regnum cœlorum.

Matt. 5

Luc. 6

*Similiter & summi sacerdotes illudentes, ad alterutrum cum scribis dicebant: alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere.* Etiam nolentes continentur scribæ & Pontifices, quod alios salvos fecerit. Itaque vos vestra condemnata sententia: qui enim alios salvos fecit, utique si vellet, se ipsum salvare poterat.

Luc. 23

*Christus Rex Israel descendat nunc de cruce, ut videamus & credamus.* Fraudulenta promissio, quid est plus, de cruce adhuc viventem descendere, an de sepulchro mortuum resurgere? Surrexit, & non creditis: ergo etiam de cruce descendere, similiter non creditis.

*Et qui cum eo crucifixi erant, conviciabantur ei.* Quomodo qui cum eo crucifixi erant, conviciabantur ei: quandoquidem unus eorum conviciatus est secundum

Lucæ testimonium, alter & compefecit eum, & in Deum creditur: nisi intelligamus Matthæum & Marcum breviter perstringentes hunc locum, pluralem numerum pro singulari posuisse, sicut in epistola ad Hebræos legimus pluraliter dictum, *Clamaverunt ora leonum*, cum solus Daniel significari intelligatur. Et pluraliter dictum, *Sedi sunt*, cum de solo Esaia tradatur. Quid autem vitiatius, verbi gratia, quam ut dicat aliquis, Et rusticis mihi insultant, etiam unus insultet? Tunc enim esset contrarium quod Lucas de uno manifestavit, si illi dixissent ambos latrones conviciatos Domino, cum non posset sub numero plurali unus intelligi. Cum verò dictum est latrones, vel qui cum eo crucifixi erant, nec additum est ambo: non solum si ambo fecissent, posset hoc dici, sed etiam quia unus hoc fecit, potuit usitato locutionis modo per pluralem numerum significari. Quod verò, Luca testante, unus Iatro Dominum blasphemavit, dicens, *Sicut Christus, salvum facimetipsum & nos*: alter verò illum digna invocatione redarguit, & Dominum fidei supplicatione precatur, dicens: *Domine, memento mei cum veneris in regnum tuum*, usque hodie geri in Ecclesia videmus, cum mundanis tacti afflictionibus veri simul & falsi Christiani, illi quidem qui ficta mente Dominicæ passionis sacramenta gestant, ad præsentis vitæ gaudia cupiunt liberari à Domino. At qui simpliciter intentione cum Apostolo non gloriantur, nisi in cruce Domini nostri, ita potius à præsentibus ærumnis optant erui, ut spiritum suum in manus sui commendent autoris, unaque cum ipso regni cœlestis deberent esse participes. Vnde bene ille, qui fide dubia Dominum precabatur, funditus est contemptus à Domino, neque ullā responsione dignus habitus. At verò preces illius, qui æternam à se salutem quaerebat, pia vox Dominum exauditione suscipere dignatus est. Quia nimirum quicumque in tribulationibus politici, temporalia tantum à Domino solatia requirunt, temporalibus se pariter & æternis gaudiis privant. Qui autem veraciter bonæ patris cœlestis suspirant, ad hæc absque ulla dubietate Christo miserante perveniunt.

Hebr. 1 Dan. 6

Galat. 6

*Et facta hora sexta, tenebra facta sunt per totam terram usque in horam nonam.* Clarissimum mundi lumen retraxit radios, ne aut pendente videret Dominum, aut impii blasphemantes: sua luce fruerentur. Et notandum quod Dominus sexta hora, hoc est, recessuro à centro mundi sole crucifixus sit: diluculo autem, hoc est, oriente iam sole, resurrectionis suæ mysteria celebravit. Statu enim temporis signavit, quod effectu operis exhibuit: quia mortuus est propter peccata nostra, & resurrexit propter justificationem nostram. Nam & Adam peccante scriptum est, quod audierit vocem Domini Dei ambulantis in Paradiso ad auram post meridiem. Post meridiem, nempe inclinata luce fidei: ad auram vero, refrigerante fervore charitatis. Deambulans autem audiebatur, quia ab homine peccante recesserat. Rationis ergo, immò divinæ pietatis ordo poscebat, ut eodem temporis articulo quo tunc Adæ prævaricanti occuberat, nunc latroni Dominus penitenti januam Paradisi reseraret: & quæ hora primus Adam peccando mortem huius mundi invexerat, eadem hora secundus Adam mortem moriendo destrueret.

Rom. 4

Gen. 3

1. Cor. 15

*Et hora nona exclamavit Iesus voce magna, dicens: Eli, eli, lama sabachthani, quod est interpretatum, Deus meus, Deus meus, usque quid reliquisti me?* Principio vigesimiprimi Psalmi usus est: illud quod in medio versiculi legitur: *Respice in me, sicut servum tuum* est. Legitur enim in Hebræo, *Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti?* Nec mireris verborum humilitatè, quæ imonias derelicti, cui formæ servi sciens scandalu cunctis videas, sicut n. esurre & scire, & fatigari, non erat propria divinitatis, sed corporales passiones: ita & quod dicitur, *Et quid me dereliquisti*, corporalis vocis erat proprium quia solet secundum naturam corpus nullatenus velle à sibi conjuncta vita fraudari: nec n. & ipse Salvator hoc dicebat, sed proprie ostendebat corporis fragili atè manes virtus & sapiencia Dei. Ut homo ergo loqui ut, meos circumferens motus, quod in periculis positi à Deo nos desereri putamus, ut homo turbatur, ut homo flet, ut homo crucifigitur.

Et qui

Et quidam de circumstantibus audientes, dicebant: Ecce Heliam vocat. Non omnes, sed quidam, quos arbitror milites fuisse Romanos, non intelligentes sermonis Hebraici proprietatem: sed ex eo quod dixit, *Eli, eli*, putantes Heliam ab eo invocatum. Sin autem ludæos qui hoc dixerint, intelligere volueris, & hoc more sibi folico faciunt, ut Dominum imbecillitate infament, qui Heliaz auxilium deprecetur.

Currens autem unus, & implens spongiam aceto, circumponens, calamo potum dabat ei, dicens: Sine, videamus, si veniat Helias ad deponendum eum. Quam ob causam Domino acetum sit potui datum, Ioannes ostendit plenius, dicens: Postea sciens Iesus quia iam omnia consummata sunt, ut consummaretur scriptura, dicit: Sitis. Vas autem plenum erat aceto plenum. Illi ergo spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes, obtulerunt ei. Vidit ergo quoniam consummata sunt omnia, quæ oportebat ut herent, antequam acciperet acetum, & traderet Spiritum. Atque ut hoc etiam consummaretur, quod ait, *Et in sui moraverunt me aceto*. Sitis, inquit. Tanquam hoc diceret, Hoc munus fecistis, date quod estis: Iudæi quippe ipsi erant acetum degenerantes à vino Patriarcharum & Prophetarum, tanquam de pleno vase, de iniquitate mundi huius impleto, cor habentes velut spongiam caveinosi quodammodo atque tortuosis latibus fraudulentam. Hyssopum, cui circumposuerunt spongiam aceto plenam, quoniam herba est humilis, & pectus purgat, ipsi Christi humilitatem congruenter accipiunt, quam circumdederunt, & se circumvenisse putaverunt. Vnde istud in Psalmo: *Aspurgas me hyssopo, & uocabor*, Christi nanque humilitate mundamur, quia *sibi humiliter servitium, factus obediens patri usque ad mortem crucis*, non utique sanguis eius in peccatorum remissionem, hoc est, in nostri mundationem fuisse effusus. Per arundinem verò, cui imposta est spongia, scriptura significatur, quæ implebatur hoc factio. Sicut enim lingua dicitur vel Græca, vel Latina, vel alia quælibet sonum significans, qui lingua promitur: sic arundo dici potest litera, quæ arundine scribitur. Sed significantius sonus vocis humanae usitatis dicimus linguas: scripturam verò arundinem dici, quo minus usitatum, eò magis est mysticè figuratum.

Iesus autem emissâ voce magna, expiravit. Quid hæc voce magna dixerit Dominus, Lucas aperte designat, dicens: *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum: & hæc inquit, dicens expiravit*. Quod verò scribit Ioannes, *Quia cum accepisset Iesus acetum dixit, consummatum est & inclinato capite tradidit spiritum*; inter illud quod ait, *Consummatum est*, & illud, *& inclinato capite tradidit spiritum*, emissâ est vox illa magna, quam tacuit Ioannes, ceteri autem tres commemoraverunt.

Et velum templi fissum est in duo, à sursum usque deorsum. Scinditur velum templi, ut arca testamenti & omnia legis sacramenta quæ tegebantur, appareant, atque ad populum transeant nationum. Ante enim dictum fuerat, *Natus in Iudæa Deus, in Israël magnum nomen eius*: nunc autem, *Exaltare super omnes cæles, & super omnem terram*, inquit, gloria tua. Et in Evangelio prius dixit, *In viam gentium te abieris*: post passionem verò tuam, *Euntes, inquit, docete omnes gentes*.

Videns autem centurio, qui ex adverso stabat, quia sic clamans expirasset, ait. *Verè homo hic filius Dei erat*. Manifesta causa miraculi centurionis exponitur, quod videns Dominum sic expirasse, hoc est spiritum emissibile dixerit: *Verè homo hic filius Dei erat*, nullus enim habet potestatem remittendi spiritum, nisi qui animarum conditor est. Et hoc considerandum est, quod centurio ante crucem in ipso scandalo passionis verè Dei filium confiteatur, & Arius in Ecclesia prædicet creaturam. Vnde meritò per Centurionem fides Ecclesiæ designatur, quæ velo mylletiorum celestium per mortem Domini reserato, continuo Iesum & verè iustum hominem, & verè Dei filium synagoga tacente confirmat.

Erant autem & mulieres de longe aspicientes, inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris, & Ioseph mater, &

Ioan. 19 Pf. 68

Pf. 50 Philip. 2

Luca 23

Ioan. 19

Pfal. 75

Pfal. 56

Matt. 10

Matt. 28

Salome: & cum esset in Galilæa, sequentur eum, & ministra beati. Iacobum minorem dicit Iacobum Alpha, qui & frater Domini dicebatur, eo quod esset filius Mariæ materteræ Domini, cuius in Evangelio suo meminit Ioannes dicens: *Stabat autem juxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Mariæ Cleopha*. Maria autem Cleopha videatur eam dicere a patre sive à cognatione. Vocabatur verò minor Iacobus ad distinctionem majoris Iacobi, videlicet filii Zebedæi, qui inter primos Apostolos vocatur est & electus a Domino. Cōsuetudinis autè Iudaicæ fuit, nec ducebat in culpam more gentis antiquo, ut mulieres de substantia sua victu atque vestitu præceptoribus ministrarent: hoc quia scandalū facere poterat, in nationibus. Paulus abjecisse se memorat. *Nunquid non habemus potestatem sorores mulierum circumducendi, sicut & ceteri Apostoli faciunt?* Ministrabant autè Domino de substantia sua, ut mereret earum carnalia, cuius illæ metebat spiritualia. Non quod indigeret cibis Dominus creaturam, sed ut typū ostenderet magistrorum, quod victu atque vestitu ex discipulis deberent esse contenti. Sed videamus quales comites habuerit, Mariam scilicet Magdalenam, à quo septem demonia eiecerat, & Mariam Iacobi, & Ioseph matrem materteram suam, & alias quas in cæteris Evangeliiis legimus.

Et cum iam sero esset factum, quia erat parasæve, quod est ante sabbatum, venit Ioseph ab Arimathæa nobilis decurio. Decurio vocatur, quod sit de ordine curiæ, & officium curiæ ad ministrat, qui etiam curialis à procurando munera civilia solet appellari. Arimathæa autem ipsa est Ramathaim civitas Helchanæ & Samuelis in regione Thamnica juxta Diospolim. Parasæve verò Græce, Latine præparatio dicitur. Quo nomine Iudæi, qui inter Græcos morabantur, sextâ sabbati appellabant, eo quod in illo ea quæ requirit sabbati necessaria essent, præparare solerent, juxta hoc quod de manna quondam præceptum est: *Sexta autè die colligis in duplū &c.* Quia ergo sexta die factus est homo, & tota est mundi creatura perfecta, septima autem conditor ab opere suo requievit, unde & hanc sabbatū, hoc est, requiæ voluit appellari, rectè Salvator eadem sexta die crucifixus, humanæ resurrectionis implevit arcanū. Ideo quæ cum accepisset acetum, dixit, *Consummatum est*: hoc est, sextæ diei, quod pro mundi refectione suscepti, jam totum est opus expletum. Sabbato autè in sepulchro requiescens, resurrectionis quæ octava die ventura erat, expectabat adventū. Vbi nostra simul devotionis ac beatæ retributionis præluet exemplum, quos in hac quidè sexta seculi ætate pro Domino pati, & velut mundo necesse est crucifigi. In septima verò ætate, cum lethi quis debitum solvit, corpora quidem in tumulis, animas autem secreta in pace cum Domino manere, & post bona oportet opera quiescere, donec octava tandem veniente ætate etiam corpora ipsa resurrectione glorificata cum animabus simul in corruptionem æternæ hereditatis accipiant.

Veni, inquit, Ioseph ab Arimathæa nobilis decurio, qui & ipse erat expectans regnum Dei. Et audacter introivit ad Pilatum & petiit corpus Iesu. Magnæ quidem Ioseph iste dignitatis ad seculum, sed majoris apud Deum meriti fuisse laudatur. Talem namque existere decebat eum, qui corpus Domini sepeliret, qui & per iustitiam meritorum tali ministerio dignus esset, & per nobilitatem potentia secularis facultatem posset obtinere ministrandi. Non enim quilibet ignotus aut mediocri ad prælidem accedere, & crucifixi corpus poterat impetrare.

Ioseph autem mercatus est sindonem, & deponens eum involvit sindonem. Et ex simplici sepultura Domini, ambitio divitū condemnatur, qui ne in tumulis quidem possunt carere divitiis. Possimus autem juxta intelligentiā spirituale hoc sentire, quod corpus Domini non auro, nō gemmis & ferico, sed lineamine puro obvolvendum sit: quanquam & hoc significet, quod ille in sindone munda involvat Iesum, qui pura eum mente suscepit. Hinc Ecclesiæ mos obtinuit, ut sacrificium altaris non in ierico, neque in panno tincto, sed in lino terreo celebretur, sicut corpus est Domini in sindone munda sepultum: juxta quod in gestis pontificalibus à beato Papa Sylvestro legimus esse statutum.

Ioan. 19

Rom. 15 & 1. Cor 9.

Marc. 16 & Luc. 8

Exod. 16 Genes. 2

Et posuit eum in monumento quod erat excisum de petra, & advolvit lapidem ad ostium monumenti. De monumento Domini ferunt, qui nostra aetate de Hierosolymis in Britanniam venerunt, quod domus fuerit rotunda de subiacente rupe excisa tanta altitudinis, ut intro consistens homo vix manu extensa culmen possit attingere, quae habet introitum ab oriente, cui lapis ille magnus advolutus atque impositus est. In cuius monumenti parte aquilonari sepulchrum ipsum, hoc est, locus Domini corporis de eadem petra factus est, septem habens pedes longitudinis, trium vero palmarum mensura caetero pavimento altius eminens. Qui videlicet locus non desuper, sed à latere meridiano per totum patulus est, unde corpus inferebatur. Color autem eiusdem monumenti ac loculi rubicundo & albo dicitur esse permixtus.

*Luc. 23* Maria autem Magdalene, & Maria Iosaph, aspicientes ubi poneretur. In Luca legimus, quia stabant omnes nori ejus à longè, & mulieres quae secutaerant eum. His ergo notis lesu post depositum ejus corpus ad sua remeantibus, solae mulieres quae arctius amabant, & funus subsecuta, quomodo poneretur, inspicere curabant, ut ei tempore congruo munus possent devotionis offerre. Sed & haecenus sanctae mulieres die paraclitice, i. praeparationis idem faciunt, cum animae humiles, & quo majoris sibi consciae fragilitatis, eo majori Salvatoris amore ferventes passionis ejus vestigia in hoc seculo, quo requies est praeparanda futura, diligenter obsequuntur, & si forte valeant imitari, pia curiositate, quo ordine sit eadem passio completa, perpendunt.

IN COENA DOMINI  
Ioannis 13.

**A**nte diem festum Pascha, sciens Iesus quia venit hora ejus ut transeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in suum dilexit eos. Et caena facta, cum diabolus jam misisset in cor, ut traderet eum Iudas Simonis Iscariotes. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE  
EAEDEM LECTIOE.

*Exod. 12* Scripturus Evangelista Ioannes memorabile illud Domini mysterium, quo discipulis in Pascha, priusquam ad passionem iret, pedes lavare dignatus est, primò ipsum nomen Paschae quid mysticè significaret, aperire curavit, ita incipiens: Ante diem festum Pascha, sciens Iesus quia venit hora ejus, ut transeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos qui erant in mundo, in suum dilexit eos. Pascha quippe transitus interpretatur, nomen ex eo vetus habens, quod transierit in eo Dominus per Aegyptum, percutiens primogenita Aegypti, & filios Israel liberans, & quod ipsi filii Israel transierint illa nocte de Aegyptia servitute, ut venirent ad tertiam promissam olim hereditatis & pacis. Mysticè autè significans quod in eo Dominus transiturus esset ex hoc mundo ad patrem, & quod ejus exemplo fideles abjectis temporalibus desideriis, abjecta vitiorum servitute, continuis virtutum studiis transire debeant ad promissionem patriae caelestis. Quomodo autem transierit Iesus ex hoc mundo ad patrem, pulchro sermone designat Ioannes Evangelista, cum dicit: Cum dilexisset suos qui erant in mundo, in suum dilexit eos, id est, in tantum dilexit, ut ipsa dilectione vitam ad tempus finiret corporalem, mox de morte ad vitam, de hoc mundo transiturus ad patrem. Majorem namque hac dilectionem nemo habet, ut animam suam quis ponat pro amicis suis. Unde rectè uterque transitus, & legalis videlicet & evangelicus, sanguine consecratus est, ille agni paschalis, ille ejus de quo dicit Apostolus: Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. Ille sanguine fuso in cruce, ille in crucis modum medio limine, & super luminari mediis aspersio in postibus.

*Exod. 12* Et caena, inquit, facta, cum diabolus jam misisset in cor, ut traderet eum Iudas Simonis Iscariotes, sciens quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à Deo exivit, & ad Deum vadit, sur-

git à caena, & ponit vestimenta sua. Locuturus de maxima humilitate assumptae humanitatis prius commemorat aeternitatem divinae potestatis, ut & ipsum verum Deum hominemque demonstraret, & ut nos illius praeccepti admoneat, ut quanto magis sumus, humiliemur in omnibus. Homo erat verus, qui hominum pedes tangere ac lavare, per hominem tradi, atque ab hominibus poterat crucifigi: Deus erat verus, cui omnia dedit pater in manus, quia à Deo exivit, & ad Deum rediit. Sciebat ergo Dominus, quia diabolus jam miserat in corde Iudae, ut traderet eum, sciebat quia omnia dedit ei pater in manus: inter quae omnia & ipsum traditorem, & eos quibus tradendus erat, & morem quam erat passurus, ut de his omnibus quae vellet, faceret, malumque eorum sua potentia convertere in bonum, sciebat quia per humilitatem incarnationis à Deo exivit, & per victoriam resurrectionis ad Deum erat rediturus, nec Deum cum inde exiret, nec nos deserens cum rediret. Sciebat quidem omnia haec, & tamen in magna sua iudicium pietatis, in magno nostrae exemplum humilitatis surgit à caena, & ponit vestimenta sua, lavit pedes discipulorum, non Dei Domini, sed hominis servi implens officium, ut ejus quoque pedes humiliter ablueret, cuius manus in sua traditione noverat procaciter esse polluendas. Quod si alicui indagine mysterium hoc humillimum nostri Salvatoris pertractare delectat, caena haec sacrosancta, in qua cum discipulis recubuit Dominus, tempus significat universum, quo corporaliter in Ecclesia demoratus, & dapsivos verbi salutaris ac miraculorum suorum dulcedine cunctos longè lateque pavit, & ipse audientium fide ac dilectione pallus est, quia quotquot ad gratiam veritatis convertit, per hos nimirum corporis sui, quod est Ecclesia, quali more evalescentium fecit augmentam. Surrexit autem à caena, & posuit vestimenta sua, quando temporaliter cum hominibus amplexus conversari desistens, membra corporis assumpti deposuit in cruce. Accepit linteo praecinxit se, quando accepto à patre mandato patiendi, pro nobis in ipso passionis exercitio sua membra circumdedit. Solet namque per linteam, quod multiformi tormentorum labore conficitur, afflictio passionum figurari. Et Dominus potens vestimenta linteo praecingitur, ut significet se habitum corporis quem induit, non sine pressura dolorum, sed longa crucis tribulatione deponere. Misit aquam in pelvum, & cepit lavare pedes discipulorum, & extergere linteo quo erat praecinctus, quando defunctus in cruce aquam una cum sanguine de latere suo profudit in terram, quibus credentium opera mundaret, & aequae opera non solum passionis sacramentis sanctificare, sed etiam eiusdem exemplis confirmate dignatus est. Quod autem inchoata pedum lavatione dicitur: Venit ergo ad Simonem Petrum, non ita intelligendum est, quasi post aliquos ad illum veniret: sed quia ab illo qui primus Apostolorum erat, ceperit, & ille tale ministerium, quia mysterium nesciebat, non frustra horruerit. Quod etiam quilibet eorum actus fuisse non dubitatur, si non illa terreretur sententia, qua Petro dictum est:

*Si non laveris te, non habebis partem mecum.* Vbi aperte monstratur, quod haec pedum lavatio spiritalem carnis & animae purificationem, sine qua ad confortium Christi pervenire non potest, insinuat. Unde Petrus hac audiens, solito mox amoris divini fervore correptus, respondit.

*Domine non tantum pedes meos, sed & manus & caput.* Ac si aperte dicat: Quia jam te docente intelligo, quod lavando pedes meos errata mea te mundare significas, non solum pedes, sed & manus & caput tibi lavandum offero: quia non solum in cessu, sed etiam actu, visu quoque, auditu, gultu, olfactu & tactu, multa me committere, quae à te debeant dimitti, non ambigo. Sed servido amatore quid respondeat Dominus, quomodo hunc ad intelligentiam mysticè lavationis paulatim provocet, audiamus.

*Qui lotus est, inquit, non indiget, nisi ut pedes lavet, sed est manus totus.* Manifestè denuntiat, quod lavatio pedum illa remissionem quidem peccatorum designaret: non tamen ea quae semel in baptismate datur, sed illa potius qua

Eccles. 3

quotidiani fidelium reatus, sine quibus in hac vita non vivit, quotidiana eius gratia mundantur, Pedes namque, quibus incedentes terram tangimus, ideoque eos a contagio pulveris, sicut reliquum corpus, immunes custodire nequimus, ipsam terram inhabitacionis necessitate delignant: qua in quantum quotidie defides nos & negligentas afficimur, in tantum etiam ut magni quique & summae conversacionis viri a celesti, quam maxime diligunt, contemplatione revocantur, ut si dixerimus, *Quia peccatum non habemus, nos ipsos seducamus, & veritas non sit in nobis.* Qui ergo lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus. Quia qui ablutus est fonte baptismatis in remissionem omnium peccatorum, non indiget rursum, imò non potest eodem modo abluì, sed quotidiana tantum mundanae conversacionis contagia necesse habet, quotidiana sui redemptoris indulgentiam tergantur. Est enim toto actionum suarum corpore mundus, exceptis duntaxat iis, quæ menti necessitate curæ temporali adhererunt, ob quorum quotidianam fordidationem simul & emundationem quotidie dicimus orantes: *Et dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimitimus debitoribus nostris.* Verum hæc de Apostolis eorumque similibus dicta sunt. *Beati videlicet & immaculati, qui timentes Dominum ambulavit in viis ejus.* At nos qui divini sæpè timoris oblitii, iter lavum incedimus, non illa levi & quotidiana orationum solennitate possumus aberratum nostrorum forde liberari, sed major necesse est inquinatio majori orationum, vigiliarum vel jejuniorum, lachrymarum atque elemosynarum exercitio purgetur: ipso nimirum interius vestigia cordis nostri mundante qui sedens in dextera Dei per assumptæ habitum humanitatis quotidie interpellat pro nobis. Postquam verò lavit pedes discipulorum Dominus, accepit vestimenta sua, & cum recubivisset, iterum aperuit verbo ministerium lavacionis, quod eis paulò ante factò necdum scientibus exhibuerat. Quia postquam patiendo in cruce lavacrum nobis remissionis consecravit, accepit membra jam immortalia quæ mortalia postuerat: & cum post resurrectionem apparuisset discipulis, ac familiariter cum eis esset etiam in convalescendo per dies quadraginta conversatus, exposuit eis utilitatem suæ passionis, ejus eatenus, quia virtutem mysticam nesciebant, eventum satis timebant.

*Si ergo inquit, lavi vestros pedes, Dominus & magister, & vos debetis alter alterius lavare pedes.)* Quæ videlicet sententia & ad literam & ad mysticum sentum rectè accipi, & devotè debet impleri. Ad literam quidem, ut per charitatem serviamus invicem, non solum in lavando pedes fratrum, sed etiam in quibuslibet eorum necessitatibus adjuvandi: ad mysticum verò intellectum, ut licet Dominus nobis peccata penitentibus dimittere consuevit, ita etiã nos peccantibus in nos fratribus dimittere sellinemus. Sicut ille lavit nos à peccatis nostris interpellando patrem pro nobis, ita & nos si scimus fratrem nostrum peccare peccatum non ad mortem, petamus ut detur ei vita peccanti non ad mortem. Et sicut Jacobus Apostolus admonet, *consecramur alterutrum peccata nostra, & oremus pro invicem, ut salvemur:* sicut ille pro nobis animam suam posuit, sic & nos instante temporis articulo pro fratribus animas ponamus. Sequitur:

*Amen dico vobis, non est servus major domino suo, neque Apostolus major eo qui misit illum.)* Hoc idè dixit, quia laverat pedes servorum suorum Dominus, & ipse qui misit, eorum quos misit. A postolus Græcè, Latine dicitur missus, ut ostenderet ea quæ excelsus fecit humiliter, multò magis humilibus & infirmis humiliter esse faciendâ. Sed ut hoc in loco spiritalis intellectus commoneret, quia si ipse qui peccatum non fecit, nec invenit est dolus in ore ejus, interpellat pro nostris excessibus, multò magis ipsi debemus orare pro invicem. Sed etsi dimittit nobis ille, cui non habemus quòd dimitramus, multò magis oportet nos alterutrum dimittere nobis debita nostra. Quod ipsum Apostolus quoque præcipiens, ait: *Estote autem invicem benigni, misericordes, donantes invicem sicut & Deus in Christo donavit vobis.*

*Si hæc, inquit, factis, beati eritis si feceritis ea.)* Salutaris hæc multum nostri Salvatoris, & sedulo est cogitanda sententia: quia beati erimus sciendo celestia præcepta, si tamen ea quæ novimus, operando sectemur. Qui enim cognita ejus mandata servare negligit, beatus esse non valet: qui hæc vel cognoscere contemnit, multò longius à beatorum forte secluditur. Congruit his Psalmista, qui mortalium corda perpendens, æquè omnes beatitudinem amare, sed paucos ubi est querere conspiciens, ipse quæ sit maxima in hac vita hominis beatitudo manifestè protelatus est, dicens: *Beati immaculati in via, qui ambulavit in lege Domini.* Et ne putaretur hæc via immaculorum ac beatorum ab imperitis passim & rudibus posse comprehendi, confrequenter adjunxit & ait: *Beati qui scrutantur testimonia ejus, in toto corde exquisunt eum.* Quapropter charissimi regemus ejus clementiam, qui mandavit mandata sua custodiri nimis, ut dirigat ipse vias nostras ad custodiendas justificationes suas, ipse post custodiam mandatorum suorum ad beatitudinem nos suæ perpetuæ visionis inducat Iesus Christus Dominus noster, qui vivit & regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti, per omnia secula seculorum, Amen.

HOMILIARUM QUADRAGESIMALIUM BEDÆ PRESBYTERI, FINIS.

BEDÆ PRESBYTERI HOMILIÆ HYEMALES DE SANCTIS.

IN VIGILIIS SANCTI ANDRÆ, JOANNIS I.

**I**n illo tempore stabat Ioannes, & ex discipulis ejus duo: & respiciens Iesum ambulans, dicit: Ecce agnus Dei: & audierunt eum duo discipuli loquentes, & secuti sunt Iesum. Conversus autem Iesus, & videns eos sequentes se, dixit eis: Quid queritis? qui dixerunt ei: Rabbi, quod dicitur interpretatum, Magister, ubi habitas? Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE EADEM LECTIOE.

**T**anta ac talis est divina scripturæ sublimitas, ut non solum verba, quæ a sanctis vel ab ipso Domino dicta referuntur, sed etiam circumstantia rerum, quæ simpliciter posita videntur, spiritalibus sit plena mysteriis. Ecce enim narrante Evangelista, fratres charissimi, audivimus, *Quia stabat Ioannes, & discipuli ejus duo, & respiciens Iesum ambulans dicit: Ecce agnus Dei, ita imque cognovimus, imò jam notum ad memoriam revocavimus, quare Iesum præcurator suus agnum Dei vocaverit: quia videlicet eum præ cæteris mortalibus singulariter innocentem, hoc est, ab omni peccato mundum novit: quia nos sanguine suo redempturum (quia dona sui velleris sponte largiturum, ex quo vestem nobis nuptialem facere possimus, id est, exempla vivendi nobis relictorum) prævidit, quibus in dilectione calefieri deberemus. Hoc est ergo testimonium præcuratoris Domini, quia facile patet fidelibus cum amoris intimi somitem audientium cordibus infundit. Sed non est putandum, quia sine certi ratione mysterii hoc relaturus Evangelista præmiserit, sterisse Ioannem cum discipulis, Iesum verò ambulasse, & illò utique ambulasse, ubi sequentibus se discipulis Ioannis mansionem, in qua habitaba: ostenderet, cæteraque hujusmodi, quæ sequentia lectionis Evangelicæ commemorant, si enucleatius discutatur, inveniemus celestibus redundare mysteriis. Stabat enim Ioannes & respexit Iesum, quia in magno jam culmine perfectionis animi gressum fixerat, unde jure celsitudinem divinæ majestatis mereretur intueri. Stabat, quia illam virtutum arcem conscenderat, aqua*

1. Ioan. 1

Matt. 6

Luc. 11

Pf. 118

Ad. 1

Matt. 6

Mar. 11

1. Ioan. 5

Jacob. 5

1. Ioan. 3

1. Petr. 2

Esai. 53

Ephe. 4